# Propoſitiones Ariſtotelis

UVA. BHSC. IyR_108_2

UVA. BHSC. IyR_108_2

Index operis.

Incipit prologus huius libri. charta.iiii.
Incipiunt ꝓpoſitiones vniuerſales ariſtotelis et primo primi libri metaphiſice. charta.iiii.
Cōmentatoris in eodem. charta.iiii.
Secundi metaphiſice. charta.iiii.
Commentatoris. charta.v.
Tertij metaphiſice. charta.v.
Commentatoris. charta.v.
Quarti metaphiſice. charta.v.
Commentatoris. charta.v.
Quinti metaphiſice. charta.vi.
Commentatoris. charta.vi.
Sexti metaphiſice. charta.vi.
Commentatoris. charta.vi.
Septimi metaphiſice. charta.vi.
Commentatoris. charta.vii.
Octaui metaphiſice. charta.vii.
Commentatoris. charta.vii.
Noni metaphiſice. charta.vii.
Commentatoris. charta.vii.
Decimi metaphiſice. charta.vii.
Commentatoris. charta.viii.
Vndecimi metaphiſice. charta.viii.
Commentatoris. charta.viii.
Duodecimi metaphiſice. charta.viii.
Propoſitiones vniuerſales philoſophice: primo primi libri phiſicoꝝ. charta.viii.
Commentatoris. charta.ix.
Secundi phiſicorum. charta.ix.
Commentatoris. charta.ix.
Tertij phiſicorum. charta.ix.
Commentatoris. charta.x.
Quarti phiſicorum. charta.x.
Commentatoris. charta.x.
Quinti phiſicoꝝ charta.x.
Commentatoris. charta.x.
Sexti phiſicorum. charta.x.
Commentatoris. charta.x.
Septimi phiſicorum. charta.x.
Commentatoris. charta.x.
Octaui phiſicoꝝ. charta.x.
Commentatoris. charta.xi.
Propoſitiones libri primi de celo ⁊ mundo. charta.xi.
Commentatoris. charta.xi.
Secūdi de celo ⁊ mundo. charta.xi.
Commentatoris charta.xii.
Tertij de celo ⁊ mundo. charta.xii.
Commentatoris charta.xii.
Quarti de celo ⁊ mundo. charta.xii.
Commentatoris charta.xii.
Propoſitiones vniuerſales libri primi de generatōe et corruptione. charta.xii.
Commentatoris. charta.xii.
Alberti magni. charta.xii.
Secundi de generatione et corruptione. charta.xii.
Commentatoris. charta.xiii.
Propoſitiones vniuerſales Ariſtotelis libri primi meteororum. charta.xiii.
Secundi meteororum. charta.xiii.
Tertij meteororum charta.xiii.
Quarti meteororum. charta.xiii.
Propoſitiones vniuerſales Ariſtotelis libri primi de anima. charta.xiii.
Commentatoris. charta.xiiii.
Themiſtij. charta.xiiij.
Secundi de anima charta.xiiii.
Commentatoris. charta.xv.
Themiſtij. charta.xv.
Tertij de anima charta.xv.
Commentatoris. charta.xvi.
Themiſtij charta.xvi.
Propoſitiones vniuerſales ariſtotelis ex libro de ſenſu ⁊ ſenſato. charta.xvii.
Commentatoris. charta.xviii
Alexandri. charta.xviii.
Ex libro de plantis quē ariſtotelis non fecit: ſed diſcipulus eius theofraſtus. charta.xviii.
Propoſitiones vniuerſalis ariſtotelis ex libro de memoria ⁊



UVA. BHSC. IyR_108_2

En Gallia

Antequel gallo cante ...


reminiſcentia. charta .xviii.
Commentatoris. charta. xviii.
Prepoſitiones vniuerſales ariſtotelis ex libro de ſomno ⁊ vigilia. charta.xviii
Ex libro ariſtotelis de reſpiratione ⁊ aſpiratione. charta.xviii
Ex libro ariſtotelis de morte et vita. charta.xviii
Cõmentatoris. charta.xix.
Ex libro ariſtotelis de cauſa longitudinis ⁊ breuitatis vite. charta.xix.
Commentatoris charta.xix.
Ex libro ariſtotelis de iuuentute et ſenectute. charta.xix.
Ex libro ariſtotelis de motibus animalium. charta.xix.
Propoſitiones vniuerſales ariſtotelis libri primi de animalibus. charta.xix.
Secundi de animalibus. charta.xix.
Tertij de animalibus charta.xx.
Quarti de animalibus charta.xx.
Quinti de animalibus. charta.xx.
Sexti de animalibus charta.xx.
Septimi de animalibus. charta.xx.
Octaui de animalibus. charta.xx.
Noni de animalibus. charta.xx.
Decimi de animalibus. charta.xx.
Vndecimi de animalibus. charta.xx.
Duodecimi de animalibus. charta.xx.
Tertijdecimi de animalibus. charta.xxi.
Quartadecimi de animalibꝰ. charta.xxi.
Quintidecimi de animalibus charta.xxi.
Sextidecimi de animalibus charta.xxi.
Decimiſeptimi de animalibꝰ. charta.xxii
Decimioctaui de animalibꝰ charta.xxij.
Deciminoni de animalibꝰ. charta.xxij.
Ex libro areſtotelis de proprietatibus elementorũ. charta.xxii.
Ex libro proculi de cauſis charta.xxii.
Propoſitiones ariſtotelis libri primi ethicorũ. charta.xxiii.
Secundi ethicorũ de virtute in generali. charte.xxiii.
Tertij ethicorum de voluntario bono: ⁊ de fortitudine ⁊ de tẽperantia. charta.xxiii.
Quarti ethicorum de liberalitate: ⁊ magnificẽtia: ⁊ magnanato honore: manſuetudine: verecundia ⁊ malicia. charta.xxiii
Quinti ethicoꝝ de iuſticia charte.xxiii.
Sexti ethicoꝝ de medio ⁊ potentiis anime: ⁊ maxime de prudentia ⁊ ſapientia. charta.xxiiii.
Septimi ethicoꝝ de continentia ⁊ incontinentia: de delectatione ⁊ triſticia. charta.xxiii.
Octaui ethicoꝝ de amicis ⁊ amicitia. charta.xxiiii.
Noni ethicoꝝ de tribus ſpeciebus amicitie. charta.xxiiii.
Decimi ethicorũ de electiori ⁊ feliciori. charta.xxv
Ariſtotelis auctoritates ex lib. icononicoꝝ. charta.xxv.
Ariſtotelis auctoritates libri primi politicorũ. charta.xxv.
Secundi politicoꝝ. chara.xxv
Tertii politicoꝝ charta.xxvi
Quarti politicorũ. charta.xxvi
Quinti politicorũ. charta.xxvi
Sexti politicoꝝ charta.xxvi
Septimi politicoꝝ. charta.xxvi
Octaui politicorum. charta.xxvii.
Auctoritates ex libro ariſtotelis de regimine principũ. charta.xxvii.
Ex libro ariſtotelis de bona fortuna. charta.xxvii.
Auctoritates ex lib. ariſtotelis ꝺ pomo ⁊ morte. charta.xxvii.
Auctoritates ex eplis ariſtotelis ad alexandrũ. charta.xxvii.
Auctoritates epiſtolaruꝫ ſenece ad lucillum. charta. xxvii
Auctoritates libri ſenece de moribus. charta.xxviii.
Auctoritates ſenece ex libro de formula vite. charta.xxviii.


UVA. BHSC. IyR_108_2

Auctoritates ſenece de beneſi/
ciis. charta.xxix.
Auctoritates ex libro ſenece de
remediis fortunarū. charte.xxix.
Auctoritates primi libro boetij
de conſolatiōe philoſophica. charta.xxx
Secundi de conſolatione charta.xxx.
Tertij de conſolatione. charta.xxx.
Quarti de conſolatione. charta.xxxi.
Quinti libri Boetij de conſola
tione. charta.xxxi.
Ex libro Boetij de ſcholaſtica
diſciplina. charta.xxxi.
Ex libro timei platonis. charta.xxxi
Ex libro Apulei de deo ſacra/
tis. charta.xxxii.
Ex libro empedoclis. charta.xxxii.
Ex libro auerois de ſubſtantia
orbis. charta.xxxii.
Auctoritates ex libro primo po
etrie ariſtotelis. charta.xxxii.
Secundi poetrie charta.xxxii.
Commentatoris. charta.xxxii.
Ariſtotelis auctoritates notabi/
les:ꝛ primo ex libro primo re
toricorum. charta.xxxii.
Secundi rhetoricorum. charta.xxxiii.
Tertij rhetoricorum. charta.xxxiii.
Propoſitiones ex libris logi/
ce:ꝛ primo ex libro vniuerſa/
liū porphirij. charta.xxxiiii.
Auctoritates ex libro predica/
mentorum ariſtotelis. charta.xxxiiii.
Gilberti porretani ex libro ſex
principiorum. charta.xxxiiii.
Propoſitiones vniuerſales li
bri diuiſionū boetij. charta.xxxv.
Ariſtotelis ex libro primo peri/
herminias. charta.xxxv.
Secundi periherminias. charta.xxxvi.
Ariſtotelis ex libro primo prio/
rum propoſitiones charta.xxxvii
Secundi priorum. charta.xxxvii.
Ariſtotelis regule hic ſunt poſi/
te:ꝛ verba ex ſuis duobus li/
bris poſteriorum cū eius ſen/
tentia ꝛ doctrina ꝛ primo ex li
bro primo. charta.xxxviii
Secundi poſteriorum charta.xxxix.
Ariſtotelis ex libro primo topi/
corum. charta.xl.
Secundi topicorum charta.xl.
Tertij topicorum. charta.xl.
Quarti topicorum charta.lx.
Quinti topicorum. charta.lxi.
Sexti topicorum: charta.lxi.
Septimi topicorū. charta.lxi.
Octaui topicorum. charta.xli.
Ariſtotelis propoſitiones ex li/
bris elencorum: et primo ex
primo. charta.xli.
Secundi elencorum. charta.xli.

Finis indicis opuſculi.



UVA. BHSC. IyR_108_2

muy mag.co señor

Al mi señor Bartolome nuñez et dominas meas puelas
meas infantecas meas: salbete domine mi ytezun di
co salbete pasantibus por aqui bidentibus michi
ami y non quitantibus bonete

con gran dolor
muchas beces llamo ala muerte
porque la tengo yo por menos mal
que dexar de berte

UVA. BHSC. IyR_108_2

## Incipit prologus huius libri.

a Iſtoteles patrem Nicoma/
chum medicine artis peritiſ
ſimũ: qui a Machaone Eſ/
culapij filio originem traxit:
Pheſtiademqꝫ matrẽ non
obſcuri generis habuit : et
ſtagyrites fuit: grecorum ſcientiſſimus:
cuius diſciplina Alexander magnꝰ mul
tis preclare rebus geſtis floruit: felix ni/
miũ : qui preceptorem omni doctrina :
maxime vtraqꝫ philoſophia adeo cumu
latiſſimuꝫ habuit : vt tot eius in omni fe
re ſcientia volumina edita: citra cuiuſvis
veram reprehenſioneꝫ Auerrois: ⁊ alij
tam greci ꝙ̃ latini commentatores : ac
eruditiſſimi ſcriptores eſſe teſtent̃. Cal/
cide vero obijt ſeptuageſimo etatis ſue
anno. Quem niſi ſatis ꝙ̃plurimi : preci
pue duo noſtre fidei propugnacula: Au
guſtinus. viijº de ciuitate dei : et Bar/
barus Hieronymus Dalmata in epi/
ſtolis laudarent: de ipſius ſplendore ali
quid diceretur: qui inter mortales gran/
de quoddam miraculum effulſit. Nam
ei pene videtur fuiſſe infuſum quicquid
naturaliter capax eſt genus hominum:
adeo vt omnes litterarũ cupidi eius mi
rificam doctrinam veluti a fonte perpe/
tuo exhauriãtur: maxime pipatetici quo
rum ⁊ auctor et princeps fuit. Huius
dicta ſpecioſiſſima : breuiſſimaqꝫ excer/
pta per ordinem: et multorum aliorum
antiquorum : quod ſeries libelli indica/
bit habebuntur ꝙ̃caſtigatiſſima: que ſin
gula non modo Ariſtotelicis : plurimo
adiumento et maximo honori : ſed legũ
et canonuꝫ amatoribus: ⁊ quibuſvis lit/
terarũ ſtudioſis ſunt futura.

Incipiunt propoſitiones vniuerſa/
les Ariſtotelis: et primo primi li/
bri metaphyſice.

o Mnes homines natura ſcire de
ſiderant.
Senſus: viſus: multarum reruꝫ
nobis differentias demõſtrat.
Hominũ genus arte ⁊ rationibus viuit.
Experientia artem facit. Inexperientia ve/
ro caſum.
Ex multis impedimentis generatur ars.
Experientia eſt cognitio ſingulariũ. Ars ve
ro vniuerſalium.
Actus ⁊ omnes operationes ſunt circa ſin/
gularia: quia medicus non ſanat hominẽ
in cõmuni: ſed ſocratem vel alium homi/
nẽ in particulari: ⁊ ſic de alijs.
Artifex ſapientior experto eſt: ⁊ architector
manuali artifice; quia cauſas ſubiectorum
ſcit.
Signum ſcientis eſt poſſe docere.
Conueniens eſt quãlibꝫ artem inuenienteꝫ
vltra omnes ſẽſus ab omnibꝰ admirari:
non ſolum propter aliquam inuentorum
vtilitatem: ſed tanꝙ̃ ſapientem ⁊ ab alijs
differentem.
Scientes quoruꝫ ſcientie ad vſũ nõ ſunt: ſũt
ſapientiores ⁊ nobiliores illis: quorũ ſci/
entie ad vſum ſunt.
Sapientia eſt ſcientia primarũ ⁊ altiſſimarũ
cauſarum.
Ad ſapientem pertinet ſcire omnia in vni/
uerſali: ⁊ ſcire difficilia ⁊ habere ſcientiaꝫ
certioreꝫ alijs: ⁊ ſcire reddere cauſas eoꝝ
que ſunt: ⁊ habere ſcientiaꝫ que ſuiipſius
ſit tantum ⁊ non alterius eſt cauſa: ⁊ ha/
bere ſcientiam que ordinat alias ſibi ſub/
ſeruientes.
Sapientem ordinare ⁊ nõ ordinari oportet
ideſt regere ⁊ non regi.
Hi ſoli docent: qui cauſas de ſingulis dicũt
Que maxima ſunt vniuerſalia difficilia ſunt
hominibus ad cognoſcẽduꝫ: quia a ſenſu
ſunt remotiſſima.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Finis eſt bonum vniuſcuiuſq; rei ⁊ vniuerſaliter eſt optimū in omni natura.

Sapientia ideſt metaphiſica non eſt ſcientia practica: ſed ſpeculatiua quia propter nullum vſum eſt ſed ſolum propter fugam ignorantie.

Propter admirari homines ⁊ nunc ⁊ primo inceperunt philoſophari.

Phylomites ideſt fabularum amator ē aliqualiter philoſophus quia fabula ex mirabilibus conſtituitur.

Antiqui philoſophi acq̄ſitis neceſſariis vite inceperunt philoſophari.

Qui dubitat: ⁊ admiratur: ignorare videtur

Homo liber dicitur: qui ſuiipſius ⁊ non alterius gratia eſt.

Humana natura multipliciter eſt ancilla.

Secundum ſimonidem ſolus deus hunc habet honorem ideſt ſapientiam: ſeu methaphyſicam.

Diuinum ens non inuidet.

Multa mentiuntur poete.

Nulla ſcientia melior ⁊ honorabilior methaphiſica ē: quia ipſa eſt maxie diuina: tū q2 de eo ē: tū q2 deus ſolus eam maxime habet: ideo dea ſcientiarum eſt: vnde neceſſariores ſunt ipſa omnes alie: dignior vero nulla.

Deus videtur omnibus eſſe cauſa ⁊ principium quoddam.

Tunc vnumquodq; ſcire dicimus: cum primam cauſam ſcire putamus.

Quattuor ſunt cauſe ſcilicȝ materia: forma: finis ⁊ efficiens.

In fundamento nature ideſt in materia prima nihil eſt diſtinctum.

Cōmentatoris In eodem.

m Ateria prima nullaȝ habet formam omnino: nec vniuerſalem: nec particularem: ſed recipit primo formam vniuerſalem ⁊ mediāte illa alias formas vſq; ad indiuiduales.

Species non eſt forma tantum: ſed quid aggregatum ex materia ⁊ forma.

Vniuerſale non habet eſſe: niſi ſm ꝙ eſt in anima.

Secundi methaphiſice.

ſ Icut ſe habet oculus nicticoracis ad lumen ſolis: ſic ſe habet intellectus anime noſtre ad manifeſtiſſima nature. i. ad deum ⁊ ad ſubſtantias ſeparatas ⁊ ad naturas rerum inſenſibilium.

Non ſolum his gratiam dicere iuſtuȝ ē quorum opinionibus quis communicauit: ſed etiam his qui ſuperficialiter aliquid enunciauerunt. hi enim aliquid conferunt habitum enim noſtrum preexercitati ſūt

Appellari philoſophiam ſcientiam veritatis recte ſe habet.

Finis ſcientie ſpeculatiue eſt veritas: practice vero opus.

Verum neſcimus ſine cauſa.

Quicquid ē cauſa alioruȝ vt ſint talia: illud maxime ē tale vt ignis qui ē caloris cauſa in aliis ideo ipſe ē maxime calidus.

Illud quod ē cauſa vt alia ſint vera: ē veriſſimum.

Vnumquodq; ſicut ſe habet ad eſſe: ſic ſe habet ad veritatem.

In nullo genere cauſarum contingit ire i infinitum: ſed ſemper eſt deuenire ad aliqd quod eſt principium in illo genere: vnde contingit deuenire ad primū efficiens: primum finem: primam materiam: primam formam.

Primum ē cauſa poſteriorum.

Generatio vnius ē corruptio alterius: et econtra.

Generatio ē medium inter eſſe ⁊ non eſſe.

Dupliciter dicitur aliquod fieri ex aliquo: vel q2 ſicut ex puero dicit̄ fieri vir: ⁊ ex aurora dies: quia poſt pueruȝ fit vir: ⁊ poſt auroram dies: vel ſicut dicimus fieri ex aere aquam: ⁊ dicimus vniuerſaliter completum ex incompleto.

Impoſſibile eſt primum ſempiternum non eſſe ex quo fit generatio: ſcilicet materiam primam corrumpi.

Qui infinitum faciunt latenter naturam boni auferunt ex quo habetur ꝙ finis ⁊ bo-

UVA. BHSC. IyR_108_2

num conuertuntur.

Nullu; agens ſiue naturale ſiue intellectuale ab intentione finis abſoluitur.

Cauſa alicuius ſemper facit qui intellectum habet.

Nullus conabitur facere aliquid non futurꝰ ad terminum venire.

Hoc ſcilicet infinitum non eſt terminꝰ ideſt finibile.

Infinitum non eſt ſcibile.

Quicquid intellectus intelligit idem finit.

In omni eo quod mouetur oportet intelligi materiam.

Tunc ſcire putamus cum ipſas cauſas cognoſcimus.

Auditiones contingunt ſecundum conſuetudinem entibus ideſt hominibus.

Sicut conſueuimus ita dignum eſt dici.

Conſuetum ſemper nocius eſt.

Veritas eſt adequatio rei ad intellectum.

Quantam vim habeat quod conſuetum eſt: leges oſtendunt in quibꝰ fabularia ꝛ puerilia magis valent veritate propter conſuetudinem.

Abſurdum eſt ſimul ſcientia; querere ꝛ modum ſciendi.

Cōmentatoris in eodem.

Veritatis comprehenſio nō eſt impoſſibilis in multis rebus: ꝛ hoc ideo quia nihil eſt ocioſum in natura ꝛ nos habemus deſiderium naturale ad ſciendum veritatem.

Nihil eſt ociſum in natura.

Principia ſe habent in ſcientia: ſicut locus ianue in domo: quem nullus ignorat.

Quod ariſtp. aſſimulat intellectum noſtru; in intelligendo ſubſtātias ſeparatas oculo veſpertilionis: non innuit ipoſſibilitatem ſed difficultatem.

Nullus poteſt per ſe inuenire artes ſpeculatiuas vel practicas in maiori parte: q2 non conpletur niſi per iuuamentum prioris ad ſubſequentem: ꝛ ſi prior nō fuiſſet ſubſequens non eſſet.

Prima cauſa eſt magis digna in eſſe et in vnitate quam omnia alia entia: quia omnia acquirunt eſſe ꝛ vnitatem a prima cauſa.

Qui deſtruit finem deſtruit omne bonum ꝛ nihil percipit.

Conſuetudo audiendi apologos ꝛ maxime fabulas magnum impedimentum eſt in cognitione veritatis.

Ars logice eſt quedam vniuerſalis via in omnibus ſcientijs: ꝛ eſt modus ſciēdi in vnaquaque ſcientia.

Tertij methaphiſice.

Dubitatorum ſolutio eſt veritatis inquiſitio.

Ignorantis vinculum non eſt ſoluere: ſed mentis dubitatio.

Veritatem inquirentes ſine dubitatione: ſimiles ſunt neſcientibus quo ire debent.

In mathematicis non eſt finis neq; mouēs

Finis ꝛ bonum idem ſunt.

Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe ꝛ non eſſe.

Magis dicimus illum ſcire qui ſcit rem affirmatiue: q̄ qui ſcit negatiue.

Vnius rei tantum vna eſt diffinitio.

Ens ꝛ vnum non ſunt genera differentie.

Differentie ſunt extra naturam generis .i. rationem: ꝛ neceſſe eſt differentias cuiuſlibet generis ꝛ eſſe ꝛ vnam eſſe quālibet: ꝛ impoſſibile eſt predicari ſpeciem generis de proprijs differentijs: aut genus eē ſine ſuis ſpeciebus

Non contingit ponere domum preter hanc domum. vel illam particularem.

Vnum numero ꝛ ſingulare idem eſt: ꝛ nihil differunt.

Omnes philoſophi ꝛ theologi qui antiquitꝰ fuerunt deos faciebant principia entium: ꝛ dicebant illa eſſe imortalia: qui guſtauerunt nectar .i. mana: illa vero mortalia que non guſtauerunt hec ſed tamen hoc non ē verum.

Eterna non indigent cibo.

De fabuloſe ſophiſticantibus non eſt dignū cum ſtudio intendere.

Omnia corrunpuntur in ea ex quibus ſunt.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Corruptibilium ⁊ incorruptibilium nõ ſunt eadem principia.

Impoſſibile eſt aliquid fieri ex non ente.

Sicut ſe habet nunc ad tempus: ita punctus ad lineam.

Commentatoris.

Qui neſcit quantũ querit: neſcit quãtum inuenit.

Finis eſt melior omnibus cauſis.

Vnum in numero eſt ſynonimũ cum particulari.

Quarti metaphiſice

Philoſophia prima. i. methaphiſica conſiderat ens ſecundum quod ens: ⁊ principia entis ⁊ paſſiones entis ſecundum quod ens.

Ens dicitur multipliciter, non equiuoce ſed ſecundum attributionem omnium ad vnũ ideſt analogice.

Subſtantia eſt primũ ens ex quo omnia alia dependent.

Ens ⁊ vnum idem ⁊ vna natura ⁊ cõuertuntur ⁊ ſe conſequntur ſicut principium ⁊ cã ſed non vt vna ratione oſtenſa.

Idem eſt homo ⁊ vnus homo: quia non ſeperantur in generatione vel corruptione.

Eadem ſunt que eadem generatione generãtur: eadem corruptione corrumpuntur.

Tot ſunt ſpecies vnius quot ⁊ entis.

Eiuſdem ſcientie eſt oppoſita cõſiderare. hoc eſt oppoſitorum eadem eſt diſciplina.

Negatio differt a priuatione: quia negatio eſt remotio alicuius ſimpliciter: priuatio ẽ negatio alicuius in ſubiecto. apto nato ad illud.

Sicut numeri inquantum numeri ſunt paſſiones: ita entis inquantum ens.

Circa idem genus verſatur dialeticus: metaphyſicus ⁊ ſophiſta.

Vnus ſcientie. ſ. metaphyſice ẽ ſpeculari ens in quantũ ens ⁊ que in ſunt ei.

Primum principium in aliqua ſciẽtia debet eſſe notiſſimum in ea ⁊ firmiſſimum.

Prima dignitas eſt ꝺ quolibet affirmatio vel negatio: ⁊ de nullo ambo ſimul.

Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe ⁊ non eſſe eſt natura prima omnium dignitatum

Qui negat loquelam petit loquelam.

Qui vnum non intelligit: nihil intelligit.

Quod non ſignificat vnum: nihil ſignificat

Non omne quod videtur ⁊ apparet: hoc verum eſt.

Nihil eſt quod rationem entis preterfugiat.

Paucitas inſtructione logice eſt magnuꝫ impedimentum veritatis in cognitione.

Neceſſarium non poteſt aliter ſe habere.

Mouens omne natura eſt prius moto.

Accidentis non eſt accidens: niſi in quantũ ambo accidunt tertio.

Vnum tantum refertur ad vnum.

Contradictio eſt oppſitio: cuius ſecũdũ ſe non eſt dare medium.

Commentatoris.

Ens non eſt vniuocum: nec equiuocum: ſed eſt nomen ſignificans plura attributa vni: ⁊ eſt mediuꝫ inter vniuocum ⁊ equiuocum. ſcilicet analoguꝫ.

Omnia que attribuuntur alicui: aut attribuũtur vni fini vt omnia ſana ſano: qꝺ ẽ in animali: vel vni agenti vt omnia medicinalia ad artẽ medicine: aut vni ſubiuncto vt decem predicamenta ſubſtantie. idem vult Ariſtoteles.

Exercitium dicitur ſanum: eo ꝙ conſeruat ſanitatem.

Vna ſcientia non eſt tantum vnius vniuoci ſed etiam vnius anologi.

Auicenna miſcuit ſcientiam ſuam cum lege.

Auicenna ponit ꝙ idem eſſet vnum quod cõuertitur cum ente ⁊ quod eſt principium numeri. quod non eſt verum quia multũ differunt.

Res non eſt vnam vel ens ſecunduꝫ aliquã diſpoſitionẽ ſibi additam ſed eſt ens ⁊ vna ſecundum vnam ſuam eſſentiam.

Sophiſta intendit ſe videri philoſophum vt acquirat gloriam vel amiciciam vel gratiaꝫ mundanam. ſed philoſophus intendit tantum ſcire veritatem.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Qui negauerit primum principium. ſ. ꝙ cõ/
tradictoria nõ ſunt ſimul vera impoſſibi/
le eſt eum philoſophari.
Ratio quam ſignificat nomen eſt diffinitio:
hoc verũ eſt in ſpeciebus nõ autẽ in idiui
duis.

Quinti metaphiſice.

q Uod modis dicit̃ cauſa tot modis
dicitur principium: quia omnes cau
ſe ſunt principia.
Principium ꝛ primũ idez ſunt. quia omne
principium eſt primum.
Quattuoꝛ ſunt cauſe ſcilicet materialis foꝛ/
malis efficiens ꝛ finalis.
Aliqua ſunt ſibiinuicem cauſe vt exercitium
eſt cauſa ſanitatis ꝛ econuerſo.
Idem aliter ſe habens eſt cauſa oppoſitoꝛuꝫ
ſicut gubernatoꝛ nauis per ſui preſentiã
eſt cauſa ſalutis nauis: ſed per ſui abſentiã
eſt cauſa perditionis eiuſdem.
Finis eſt optimũ rei.
Cauſa ꝛ effectus ſimul ſunt ꝛ non ſunt.
Cauſa ꝛ effectus debent ſimul eſſe propoꝛ/
tionata.
Materia omniũ liquefactibilium eſt aqua.
Neceſſarium dicitur quattuoꝛ modis: vno
modo ſine quo non poteſt eſſe aliquod:
vt animal non poteſt viuere ſine cibo. ſe/
cundomodo ſine quo non poteſt eſſe ali/
quid bene: vt hominem viuere ſine veſti
bus. tertiomodo idẽ eſt quod violentuꝫ
vt cum dicitur omnis res neceſſario eſt
violenta ꝛ triſtis. quartomodo dicitur ne
ceſſariũ quod non contingit aliter ſe ha/
bere.
Continuum eſt cuius motus eſt vnus.
Eadem numero ſunt quoꝛum materia eſt
vna.
Eadem ſpecie ſunt quoꝛum foꝛma eſt vna.
Ens per ſe dicitur dupliciter: vno modo qđ
diuiditur in decem predicamenta. aliomo
do quod ſignificat veritatem vniuſcuiuſqꝫ
rei vel propoſitionis.
Ens per accidens tripliciter dicitur: vno/
modo quando accidẽs predicatur de ſub
iecto: vt homo eſt muſicus. ſecundomo/
do quando ſubiectum predicatur de acci/
dente: vt muſicum eſt homo. tertiomodo
quando accidens predicatur de accidẽte:
vt album eſt muſicũ.
Extrema relationis ſemper ſunt diuerſa vel
re vel ratione.
Unum in ſubſtantia facit idem.
Unum in qualitate facit ſimile.
Unum in qualitate facit equale.
Prius eſt qđ ꝑmo principio ẽ ꝓpinquius
Potentia actiua ꝛ paſſiua ad inuicem ſe reſ
piciunt: vnde cuilibet potentie paſſiue coꝛ
reſpondet actiua ꝛ econuerſo.
Quantũ eſt quod eſt diuiſibile in partes que
inſunt: quarum vnaqueqꝫ eſt hoc aliqđ.
Perfectum eſt cui nihil deeſt. Et eſt duplex
ſcilicet perfectum ſimpliciter extra quod
nihil eſt: Et perfectum in genere.

Cõmentatoris.

d Iſpoſitio primi pricipij ẽ in quo ſũt
perfectiones ꝛ nobilitates omnium
entium nobilioꝛi modo ꝙ̃ ſint in ſeipſis.
Perfectum in genere ẽ extra quod nihil eſt
alicuius determinati generis.
Moꝛs methafoꝛice dicitur finis.
Quotiens dicitur principium totiens termi
nus ꝛ adhuc amplius: quia ens principiũ
eſt termiꝰ quidã initialis ꝛ non ecõuerſo.
Omne attingens finem eſt perfectum.

Sexti metaphiſice.

m Etaphyſica conſiderat principia et
cauſas entium inquantum entia.
Subſtãtia ꝛ entia ſine eſſe rei non poteſt co
gnoſci per demonſtrationem.
Nulla ſcientia particularis ꝓbat ſubiectum
ſuũ eſſe: ſed ſupponit ipſum eſſe.
Omnis ſcientia vel eſt actiua vel factiua vel
theoꝛica. i. ſpeculatiua.
Naturalis ſcientia non eſt practica. ſed ſpecu
latiua.
Tres ſũt partes philoſophie ꝛ ſcientie ſpecu
latiue. ſ. naturalis. mathematica: ꝛ diuina
ideſt methaphiſica. Naturalis cõſiderat
res coniunctas motui ꝛ materie ſꝫ eſſe: ꝛ
ſꝫ rationem.
Mathemathica cõſiderat res cõiunctas ſe/

UVA. BHSC. IyR_108_2

cundum eſſe: ſed ſeparatas a materia ſecũdum rationē. Et metaphyſica conſiderat res ſeꝑates a materia ⁊ ſecundum eſſe ⁊ ſecundum rationem. Idem vult commentator magis expreſſe: ꝙ theorice ſcientie id eſt ſpeculatiue ſunt aliis ſcientiis deſiderabiliores: ⁊ metaphyſica theoricis.

Si omnis ſubſtantia eſt mobilis phiſica eſt philoſophia prima ſed ſi aliqua ſubſtantia eſt immobilis illa eſt prior. ⁊ ſcientia de illa eſt prior quam phyſica.

De ente per accidens non eſt ſpeculatio.

Entium quedā ſūt ſemper: quedam frequenter quedam autem raro. ⁊ iſta ſunt entia per accidens ⁊ caſualia ⁊ fortuita: ex quo habetur quo omnia non eueniunt ex neceſſitate.

Bonum ⁊ malum ſunt in rebus verum ⁊ falſum in anima vel in mente.

Ens quoddam eſt per ſe quoddam per accidens.

Entium per ſe aliud eſt in anima aliud extra animā. Ens extra animā diuidit. in decem predicamenta que ſunt: ſubſtantia quātitas. ⁊c.

Caietanus primo phiſicorum queſtione prima in reſponſione ad primuz argumentū dicit ꝙ duplex eſt ens ꝑ accidens quoddā enī eſt cuius vnio nō habet cauſas per ſe ⁊ determinatas vt homo albus. ⁊ de tali loquitur Ariſto. vi. metaphiſice. dicens ꝙ de ipſo non poteſt haberi ſcientia: aliud eſt ens ꝑ accidēs cuius vnio habet cauſas per ſe ⁊ determinatas ſicut corpus mortale cum mobilitas inſit mobili ꝑ principia intrinſeca eius. ⁊ de tali ente per accidēs poteſt haberi ſcientia.

Commentatoris.

Naturalia ſunt in quorum diffinitione accipitur ens in materia.

Diuina ſunt in quorū diffinitione accipitur deus.

Voluntaria in quorum diffinitione accipitur voluntas.

Licet omnes ſcientie nobiles ſint tamen ſciētia diuina nobilior eſt omnibus aliis: quia ſubiectum eius eſt nobilius ſubiecto omnium aliarū ſcientiarū.

Res immobiles diuine: ſunt cauſe rerum diuinarum mobilium id eſt corporum celeſtium.

## Septimi methapyſice

Accidentia non ſunt entia niſi quia ſunt entis.

Subſtantia eſt prior accidente cognitione diffinitione ⁊ tempore.

Materia non eſt quid: nec quantum: nec quale nec aliquid eorum quibus ens ē determinatum.

Diſciplica fit omnibus per magis nota nobis.

Diffinitio eſt oratio indicans quid eſt eſſe rei ꝑ eſſentialia.

Diffinitio accidentiū fit per ꝑ additamentū. ſ. ſubſtantie: vnde accidens diffinitur per aliquod extraneū a ſua natura ſcilicet per ſubſtantiam.

Cōplectiuorum. i. cōplexorū nō eſt diffinitio ſed ſimpliciū terminorū.

In entibus per ſe idem eſt quiditas ⁊ habēs quiditatem.

Omne accidens concretū duo ſignificat. ſ. formam accidentalem ⁊ ſubiectum eius. ſicut album ſignificat albedinem ⁊ ſubiectū eius. ſ. albedinis.

Omnia que ſunt: fiunt vel a natura: vel ab arte: vel a caſu.

Materia eſt qua res poteſt eſſe vel non eſſe.

Ex ſanitate in anima: fit ſanitas in corpore.

Materia non fit nec forma: ſed compoſitum totum.

Particulare generat particulare: ſed vniuerſale nec generat nec generatur.

Vniuerſalia non ſunt ſeparata ſecundum eē a particularibus. vt voluit plato: ſed ſunt in eis ſecundum eſſe: quia predicantur de eis quidditatiue. vel predicatione dicente: hoc eſt hoc.

Omnis predicatio eſt a forma.

Omnes partes diffinitionis ſunt forme.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Natura humana non eſt niſi in his carnibꝰ ⁊ in his oſſibus.

Generans ⁊ generatū cōueniunt in ſpecie: ⁊ ſunt vniuoca.

Sperma facit ad generationem: ſicut ars ad artificialia.

Diffinitio eſt ſermo habens partes.

Nihil conuenit vno tantū nomine diffiniri.

Singularium non eſt ſcientia nec diffinitio: quia quando recedunt a ſenſu: neſcit vtrū ſint vel non ſint.

Materia ſecundum ſe eſt ignota.

Nihil aliud oportet eſſe in diffinitione niſi genus ⁊ differentias.

Diffinitio eſt vna per vltimā differentiam.

Ex duobus entibus in actu non fit tertium.

Actus ſeparat ⁊ diſtinguit.

Forma eſt cauſa eſſendi rebus. vnde forma dat eſſe rei.

### Cōmentatoris.

i Indiuiduū ſubſtantie eſt prius indiuiduo accidentium.

Subſtantia indiuidua ⁊ demonſtrata nō eſt vna niſi per formam.

Forma eſt prior in eſſe quā materia ⁊ quam compoſitum: quia materia vel compoſitū nihil eſt actu niſi per formam.

Sicut in corpore formato non congregant due forme ſimul in actu: ſic nec in anima.

Impoſſibile eſt quod forme ſeparate tranſmutent aliquam materiam imediate: quia nihil tranſmutat materiam niſi corpus.

Cauſa multiplicationis indiuiduorum ab vno generante eſt multiplicatio materiarū in partes: in quas agens agit.

Proprium eſt ſubſtantie inter omnia predicamenta: vt ante ſubſtantiam generatā ſit alia ſubſtantia agens ſibi ſimilis: ſed non eſt neceſſe vt ante qualitatem generatam ſit alia qualitas agens: ſed eſt aliud ante qualitatem quod eſt potentia quale ſcilicet materia.

Materia non cognoſcitur per ſe ſed per formam.

Qui neſcit rem nullum nomen imponit ei quia nullus inponit nomē ei quod neſcit vnde habemus ꝙ rebus tantum nobis notis nomina tantum imponimus.

Forma non eſt elementum nec ex elemētis: ſed ſubſtantia addita elementis. Ita demonſtrauit Ariſtoteles.

### Octaui metaphiſice.

o Omnes ſubſtantie ſenſibiles materiam habent.

Triplex eſt ſubſtantia ſcilicet materia: forma ⁊ compoſitum.

Subſtantia ideſt forma ſubſtātialis dat eſſe rei.

Diffinitiones quedam ſunt per materiam: quedam per formam: quedam per vtrūqꝫ. ⁊ ille tantū ſunt perfecte.

In ſeparatis a materia idem eſt quiditas ⁊ habens quiditatem: ſed in alijs non ſunt idem ſed differunt.

Forme: ſpecies: ⁊ diffinitiones: ſunt ſicut numeri: quia ſicut in numero addita vnitate vel ablata non manet eadem ſpecies ſed alia ⁊ alia. ſic ablato vel addito aliquo in diffinitione ſpeciei ⁊ forme rerum: nō manet eadem res ſed variatur.

Item ſicut numerus non ſuſcipit magis ⁊ minus: ſic nec diffinitiones: nec ſpecies nec forme nec magis nec minus ſuſcipiūt

Licet omnium ſit cauſa materia prima: tñ cuius licet eſt materia propria.

Si agens fuerit diuerſum ⁊ materia diuerſa compoſitum etiam erit diuerſum.

Forſan quedam naturalia non habent materiam: vel ſi habent non habent talē qualem generabilia ⁊ corruptibilia ſed ſolum habent materiam mobilem ſecundum locum.

Non omnium eſt materia ſed quorum eſt generatio ⁊ tranſmutatio adinuicem: quia quecunqꝫ tranſmutari non poſſunt non habent materiam.

Cauſa vnitatis diffinitionis eſt: ꝙ vna pars eius eſt vt materia: alia vero vt forma: ſꝫ cauſa vnitatis materie ⁊ forme nō eſt niſi ꝙ vnum eorum eſt in potētia: aliud vero

UVA. BHSC. IyR_108_2

in actu.

Commentatoris.

f Orma ſm diffinitionem ſeparatur
a materia: ſed non ſm eſſe: quia im/
poſſibile eſt forma a materia ſeparari ſm
eſſe.

Eſſe materie medium eſt inter eſſe in actu:
⁊ non eſſe.

Forma eſt que dat eſſe rei.

Corpora celeſtia non habent materiam que
ſit in potentiam ad corruptionem: ſed ma
teria eorū eſt ens actu. ſ. corpus. et ideo
dignius habet hoc nomen ſubiectū quā
materia.

Sicut tranſmutatio fecit ſcire materiam: ſic
operatio fecit ſcire formam.

Exitus alicuius de potentia in actum: non
largitur ei multitudinem: ſed perfectionē

Noni metaphiſice.

d Uplex eſt potentia. ſ. actiua ⁊ paſſi
ua: potentia actiua eſt principiū trāſ
mutandi aliud inquantū aliud.

Potentia paſſiua eſt principium tanſmutā
di ab alio inquantum aliud.

Nihil agit in ſeipſo: nec patitur a ſeipſo.

Potentia rationalis valet ad oppoſita. potē
tia irrationalis nō.

Eadem eſt ſcientia contrariorum.

Nihil fit quod eſt impoſſibile fieri.

Actus ſimpliciter precedit potentiam: ſed in
vno indiuiduo potentia precedit actum.

Duplex eſt operatio: quedam eſt tranſiens
in materiam extra: vt edificatio ⁊ iſta dici
tur factio: quam manens itra opraotē: vt
viſio intellectus: ⁊ iſta dicitur actio.

Sempiternum prius eſt corruptibili.

Non eſt timendū ꝙ celū ſtet: hoc eſt a mo
tu quieſcat.

Materia cuius eſſe eſt in potentia: eſt cauſa
fatigationis.

Actus melior eſt potētia in bonis: ſed in ma
lis potentia melior eſt actu quod patet: qꝛ
actu eſſe ſanum melius ꝙ̄ poſſe fieri ſanū
ſed poſſe fieri infirmum melius eſt quā
actu eſſe infirmum.

In eternis non eſt malū: nec corruptio: nec
peccatum.

Malum ſemper ſequitur potentiā: vnde cir
ca eam cauſatur error.

Omne quod cognoſcitur: cognoſcitur ſm ꝙ
eſt in actu.

Circa entia in vere actu. ſ. circa ſubſtātia ſepa
tas non fit deceptio: ſed ignorantia non ta
men talis qualis eſt cecitas.

Commentatoris.

n Ihil agit aliquā actionem ad quā nō
nō habet potentiam.

Qui tollit a reb9 ſuas ꝓprias actio
nes tollit ab eis ſuas proprias eſſentias

Quicūꝙ ponūt vnum agens eſſe quod agit
omnia tollunt a rebus ſuas proprias actio
nes. nec habent cerebrum aptum natura/
liter ad bonum.

Vnumquodꝙ entium vtitur actione ſibi pro
pria.

Decimi metaphiſice.

IN vnoquoque genere eſt dare ali/
quod primum quod eſt metrum ⁊
menſura omnium que ſunt in illo
genere.

Menſura primo conuenit quantitati: ⁊ per
ipſā conſequenter conuenit alijs.

Menſura m debet eſſe homogenea menſu/
rato ſuo ideſt eiuſdem generis.

Numerus eſt vnitatum pluralitas.

Contraria ſunt que ſub eodem genere poſi/
ta maxime a ſe diſtant. ⁊ eidē ſuſceptibili
viciſſim inſunt.

Priuatio ⁊ habitus radix ſunt contrariorū

Vnum tantum contrarium eſt vni.

Numerus eſt multitudo ab vno menſu/
rata.

Media ſunt in eodem genere cum extre/
mis.

Materia negatione oſtenditur. ideſt cogno
ſcitur per priuationem formarum.

Femina ⁊ vir non differunt ſpecie ſed ſunt
idem in ſpecie.

Maſculinum ⁊ femininum ſunt differentie
ſexus animalis.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Cõtrarietas ſecundum formam facit diuer/ſitatem ſpecificam: ſed contratas ſecundũ materiã non facit diuerſitatem ſpecificam ſed numeralem.

Corruptibile ⁊ incorruptibile plus differũt quam genere hoc eſt verum genere phy/ſico non logico.

Accidens contingit eſſe ⁊ non eſſe.

Commentatoris.

Enſura cuiuſlibet rei ,eſt ſui gene/
m ris.

Primum in genere ſubſtantie eſt primus motor qui eſt actus purus abſqȝ potentia.

Vndecimi metaphyſice.

Mnis ſubſtantia ſenſibilis eſt mu
o tabilis.

Quecunque tranſmutatur habent materiam.

Generatio ſit ex ente in potentia.

Tria ſunt principia rerum naturalium. ſci/licet materia: forma ⁊ priuatio.

Materia non fit: nec forma fit ſed totũ compoſitum.

A s eſt principium in alio ſed natura eſt pn cipium in ſeipſo.

Triplex eſt ſubſtantia: materia forma: ⁊ compoſitum.

Nulla forma eſt ante materiam ſuam: ſed q̃/daȝ poſt materiam. vt anima. non tamen omnis anima. ſed intellectiua.

Diuerſorum diuerſa ſunt principia.

Motus celi eſt eternus.

Primus motor eſt actus purus ſine omni potentia. ſubſtantia ſine omni accidente. ſimplex ſine omni compoſitione. immobilis impaſſibilis ⁊ eternus.

Primis motor mouet ſicut amatum ⁊ deſideratum.

A primo ,principio dependet celum ⁊ tota natura

Speculatio eſt bonum ⁊ optimum acceptiſſimum ⁊ delectabiliſſimum

Deũ dicimus eſſe aial ſempiternũ ⁊ optimũ

Actio intellectus eſt vita.

Primus motor nullam habet magntudinẽ corporalem.

Impoſſibile eſt in magnitudine finita eẽ potentiam infinitam.

Sellarum natura eſt eterna.

Impoſſibile eſt aliquas eſſe ſubſtantias ſeperatas nõ mouentes.

Vnum tantum eſt celum ⁊ non plures.

Primum principium nihil extra ſe intellgit

Inſperatis a materia idem eſt intellectus ⁊ intelligibile:

Bonum vniuerſi conſiſtit in ordinatione: quia oia ordinẽ habẽt licet diuerſo modo

Etiam bonum vniuerſi conſiſtit in primo principio ad quod omnia ordinatur.

Entia nolunt male diſponi: nec eſt bonũ pluralitas principãtiũ: vnus ergo princeps

Commentatoris.

Niuerſalia apud Ariſtotelem ſunt
u collecta a particularibus ſecundum intellectum ab intellectu qui colligit ⁊ concepit inter ea ſimilitudinem: ⁊ facit ea vnam intentionem.

Natura non agit niſi mota a cauſis ſuperioribus que ſunt deus ⁊ intelligentie.

Opus nature eſt opus intelligentie.

Quicquid eſt in materia in potentia paſſiua eſt in motore primo in potentia actiua.

Corpora celeſtia ſunt animata ⁊ non habent de virtutibꝰ niſi intellectũ aie ⁊ voluntatẽ.

In ſeperatis a materia idẽ eſt efficiẽs ⁊ finis

Non eſt idem quod de primo principio intelligit motor ſaturni: cum eo quod intelligit motor primi mobilis..

Vltima felicitas hominis eſt per continuationem cũ intellectu ſeperato.

In ſeperatis a materia idem eſt diſponens ⁊ diſpoſitum.

Omnis terminus concretus duo ſignificat ſcilicet formam ⁊ ſubiectum illius forme.

Scientia dei cauſat res: ſed noſtra cauſatur a rebus.

Optima diſpoſitio intelligentiaruȝ conſiſtit in mouendo: vnde ſi aliqua eſſet non mouens illa eſſet ocioſa.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Duodecimi methaphyſice.

ſ Enſibilis vero ſubſtantia mutabilis. Si autem mutatio ē ex oppoſitis et medijs: ex oppoſitis autē nō omnibus.

Eſt igitur aliquod tertium preter contraria materia.

Si itaq; tranſmutationes ſunt quattuor: aut ſcd̄m quid: aut ſm quantitatem: aut ſcd̄m qualitatem: aut ſm vbi.

Tres vero ſunt cauſe: ⁊ tria principia: dueq; contrarietates cuiuſmodi: hoc quidem ratio ⁊ ſpecies: illud vero priuatio: tertiuz vero materia tranſmutatur.

Neceſſe eſt eſſe ſempiternam aliquam ſubſtantiam immobilem: nam ſubſtantie prime entium: ⁊ ſi omnes corruptibiles omnia corruptibilia: ſed impoſſibile motum aut fieri aut corrumpi. Semper autē erat motus.

Motus autem non eſt continuus: niſi qui ſcd̄m locum: ⁊ hꝰ qui circulo.

Amplius igitur tales oportet eſſe ſubſtantias ſine materia. Sempiternas enī oportet eſſe ſi aliquid alind ſempiternū actu.

Nec enim materia ipſa ſeipſam mouebit ſed tectonica: nec menſtrua nec terra: ſed femina ⁊ gignitura.

Nihil enī contingit moueri: ſed oportet ſemper aliquid exiſtere: quemadmodum nec natura ſic: vi vero ſic.

Potentiā igitur exiſtimare priorem actu eſſe: eſt quidem vt bene: eſt autem vt nō bene.

Mouet autem ſicut appetibile ⁊ intelligibile hec enī ſolum mouent non mota.

Intellectus autem ab intelligibili mouetur.

Mouet autem vt amatum: moto vero alia mouentur.

Quoniam autem eſt quidem mouens: ipſū immobile ens actu ens hoc non contingit nullatenus aliter ſe habere.

Quare illud magis iſto quod videtur intellectus diuinū habere: ⁊ ſpeculatio delectabiliſſimum ⁊ optimū.

Dicimus deum eſſe animal ſempiternum: optimum: quare vita ⁊ duratio continua et eterna exiſtit in deo: hoc enī deus.

Deus eſt animal perpetuū hominis beneficiū: methaphorice ſumitur hic animal.

Solus deus eſt purus actus: cui nihil admixtum de potentia.

Illud eſt magis ſimplex quod ē propinquiſſimū ſimpliciſſimo.

Quod igitur eſt ſubſtantia ſempiterna ⁊ immobilis ſeparata a ſenſibilibus manifeſtum ē ex his.

Nobis autem eſt ex ſuppoſitis ⁊ determinatis dicendum ꝙ principium et primū entium eſt immobile: ⁊ ſcd̄m ſe ⁊ ſcd̄m accidens.

Mouens vero primū ſempiternum ⁊ vnū motum.

Quoniam autem quod mouetur neceſſe eſt ab alio moueri: ⁊ primum mouens immobile eſſe ſecundū ſe ⁊ ſempiternum motuz a ſempiterno moueri: ⁊ vnū ab vno.

Neceſſe eſt ⁊ lationum vnamquāq; ab immobili moueri ſecundum ſe ⁊ ſempiterna ſubſtantia.

Aſtrorum enī natura ſempiterna ſubſtantia quedam ens ⁊ mouens ſempiternum.

Amplius autem omnem naturam ⁊ omnem ſubſtantiā impaſſibil: et ſecundum ſe optimum finem ſortitaz eſſe oportet eſtimare

Quecunq; ſunt vnum numero multa materiam habent.

Vna enim ⁊ eadem ratio multorum eſt.

Palam ergo ꝙ diuiniſſimum ⁊ honorabiliſſibum intelligit ⁊ non tranſmutatur.

Omnia vero coordinata ſunt aliqualiter ſed nō ſimiliter ⁊ natatilia ⁊ volatilia ⁊ plāte

Quemadmodum in domo liberis non licet quod contingit facere ſed omnia aut plurima ordinata ſunt.

Omnes ex contrarijs faciunt omnia.

Impoſſibilia namq; cōtraria ſunt ad inuicē

Materia enim que eſt vna: nulli eſt cōtraria

Propoſitiones vniuerſales philoſophice. Prio primi libri hyſicorū

UVA. BHSC. IyR_108_2

Scire ꝛ intelligere contingit circa oēs ſcientias quarum ſunt principia cauſa ꝛ elementa ex eorum cognitione.

Tunc arbitramur vnūquodqꝫ cognoſcere cū cauſas ꝛ principia cognoſcimꝰ vſqꝫ ad elemēta.

Innata eſt nobis via cognoſcendi a communioribus ad propria.

Pueri primo appellāt oēs viros p̄res: ꝛ oēs feminas matres: poſtea determinant vnūquodqꝫ eorum.

Contra negātes prima principia: non eſt amplius diſputandum.

Uno inconuenienti dato: multa cōtingunt.

Quod vere eſt nulli accidit.

Finiti ꝛ infiniti ratio: quantitati conuenit.

Scd̄m oēs philoſophantes ex nihilo nihil fit.

Tria ſunt principia nature. ſ. materia: forma: ꝛ priuatio.

Subiectum prius eſt predicato.

Principia non fiunt ex alijs: nec ex alterutris ſed ex his fiunt alia.

Principia oportet ſemper manere.

Infinitū ſm ꝙ huiuſmodi eſt ignotum.

Intellectus q querit ſeparare accidens a ſubiecto vanus eſt: ꝛ querit impoſſibilia.

In diuiſione carnis contingit deuenire ad minimā carnē: que ſi vltra diuidaꝛ non remanebit ſpecies carnis. ſimiliter in alijs rebus naturalibꝰ: vnde in naturalibꝰ eſt dare minimū ꝛ maximū.

Omne corpꝰ finitū p remotionē alicuius finiti ab eo tandē conſumiꝛ.

Oē habens materiā eſt corruptibile.

Meliꝰ eſt ponere principia finita q̄ꝫ infinita.

Uniuerſale notius eſt ſm intellectū particulare ſm ſenſum. vnde dr̄ coiter vniuerſale ē dum intelligiꝛ: p̄ticulare dum ſentiꝛ.

Materia nō cognoſciꝛ niſi p analogiā. i. p cōparationem ad formam.

Materia cū forma eſt cauſa omniū rerū que fiunt in ſubiecto: ſicut materia. i. ſubſtātia cōpoſita eſt cauſa omniū accidentiū.

Forma eſt quid diuinū optimū ꝛ appetibile.

Materia appetit formā ſicut femina virum: ꝛ turpe bonum.

Priuatio que eſt in materia multotiens machinatur ad maleficium.

Nihil appetit id quod in ſe habet.

Nihil appetit qd̄ ſibi cōtrariū eſt p naturā.

Materia ſcd̄m ſe eſt ingenerabilis ꝛ incorruptibilis.

Materia ſm ſe eſt tm̄ ens in potētia.

Materia ē ex quo cū aliquo fit aliquid: cū inſit per ſe ꝛ nō per accidens.

Cōmentatoris in ꝓlogo huiꝰ libri p̄dicti primi phiſicoꝝ.

Ultima pfectio hominis eſt: vt ſit perfectus per ſcientias ſpeculatiuas: ꝛ hec eſt ſibi vltima felicitas ꝛ vita eterna.

Philoſophus ſiue ſapiens naturaliter eſt virtuoſus ſm oēs ſpecies virtutū moraliū: q̄ ſunt Juſticia: caſtitas: liberalitas. ꝛ ſimilia.

Liber phiſicorū eſt radix ꝛ principiū philoſophie naturalis.

Nomen auctoris eſt Areſto. filiꝰ Nicomachi ſapientiſſimi grecoꝝ: qui ſcientias inuenit ꝛ perfecit. Inuenit quidē: quia ſcriptū qd̄ inueniꝛ ab antiquis de ſcientiis: nō eſt dignū qd̄ ſit pars ſcientie vel principiū copulet: qꝛ nullus coꝝ q ſecuti ſunt eū vſqꝫ ad hoc tempus: quod eſt: mille qngentoꝝ annoꝝ aliqd addidit: nec inuenis in dictis eiꝰ errorē alicuius quātitatis: ꝛ taleꝫ virtutē eſſe in vno indiuiduo: miraculoſuꝫ ꝛ extraneū exiſtit: ꝛ ꝙ hec diſpoſitio in iſto hoīe fuit dignius dici diuinus q̄ꝫ humanus.

Scientiarū quedā eſt perfecta: ꝛ illa eſt que eſt per cauſam. quedā imperfecta: ꝛ eſt illa que eſt ſine cauſa.

Ariſtoles per principia intelligit cauſas efficientes: per cauſas intelligit cauſas finales. ꝛ p elementa materiā ꝛ formā.

Totū nihil aliud eſt niſi p̄tes ſimul ſumpte.

In ſpermate apud generationē hoīs non ceſſant p̄tes ſpermatis corrūpi: ꝛ p̄tes hoīs fieri: donec forma hoīs fuerit cōpleta: ꝛ hoc eſt veꝝ ſi forma recipit perfectionē: ſi aūt non: illud neceſſario accidit in accidentibus proprijs forme generate.

Tranſmutatio ſubſtantialis ꝛ accidentalis in hoc conueniunt: ꝙ ſunt mutatio rei de vna diſpoſitione in aliā: ſed differūt in hoc ꝙ ſubſtantialis tranſmutatio mutat nomē ꝛ diffinitionem rei: accidentalis vo neutrum horum mutat.

Materia prima nullā formā in ſe habet: ſꝫ eſt in potentia ad recipiēdas oēs formas.

Materia non eſt ſua potentia: qꝛ potētia eſt in



UVA. BHSC. IyR_108_2

genere relationis: materia vero eſt in genere ſubſtantie.

Conſuetudo eſt altera natura.

Materia ꝑma nō pōt ſeparari ab omni forma

## Secundi phyſicorū

n Atura eſt principiū motus et quietis in eo in quo eſt per ſe ⁊ nō per accidēs.

Cecus natus non poteſt diſputare de colorib⁹ quantū ad rem ſed bene quantū ad nomen.

Tota ſubſtantia artificialiū eſt eoꝝ materia.

Materia dicitur natura ⁊ etiā forma ⁊ priuatio.

Materia non habet priuari omni forma.

Forma ⁊ materia non ſeparata ſecundum eſſe ſed ſcđm rationem.

Forma eſt magis natura ꝙ̄ materia: quia magis dicitur eſſe vnum quodqꝫ ſcđm quod eſt in actu: ꝙ̄ ſcđm quod eſt in potentia

Subiectum ⁊ ſua propria paſſio ſunt eiuſdem conſiderationis.

Abſtrahentiū non eſt mendatium.

Natura ia diffiniūtur cū motu ⁊ materia ſēſibili

Materia ⁊ forma eiuſdē ſunt conſiderationis.

Ars imitatur naturam inquantum poteſt.

Forma eſt finis materie.

Finis non ſolum eſt vltimum rei ſed optimū ⁊ vltimum.

Nos ſumus quodāmodo finis omnium.

Sol ⁊ homo generant hominem ex materia.

Cauſe ſunt quatuor.ſ.materialis: formalis: efficiens ⁊ finalis.

Aliqua ſibi inuicē poſſunt eſſe cauſe.

Forma ⁊ finis maxime coincidunt.

Idem aliter ſe habens oppoſitorum eſt cauſa.

Cauſa ⁊ effectus in actu ſimul ſunt ⁊ nō ſunt.

Cauſa ⁊ effect⁹ debent eſſe ſimul ꝓportionata

In celeſtibus nihil videmus fieri a caſu.

Fortuna eſt cauſa per accidens in his que fiūt a propoſito propter finem ⁊ raro.

Bona fortuna eſt quādo aliqđ bonū euenit: mala autē quādo aliquod malū euenit.

Eufortuniū eſt quādo aliquod bonum magnū euenit: infortuniū vero quando aliquod magnū malum contingit.

Quod parum diſtat ab intellectu: quaſi nihil reputatur.

Fortuna non eſt niſi in agentibus a propoſito ⁊ a voluntate.

Caſus eſt ſolum in animalibus irrationabilibus ⁊ in rebus inanimatis: vnde dicitur ꝙ equus caſu venit ad ſtabulū ⁊ ſaluatus eſt: ⁊ caſu tripoda cecidit ⁊ ſtetit.

Id quod ꝑ ſe eſt: eſt prius eo qđ eſt ꝑ accidēs.

Fruſtra ⁊ vanū eſt id quod ordinatum eſt ad aliquem finem quem non conſequitur.

Forma: finis: ⁊ efficiens: ſepe coincidunt.

Materia ⁊ efficiens: vel materia ⁊ finis: nūꝙ̄ coincidunt.

Materia cum nulla cauſa coincidit.

Que mouent non mota: non amplius phyſice conſiderationis ſunt.

Natura agit propter finem.

Finis imponit neceſſitatē hiis que ſūt ad finē.

Finis in operabilibus eſt ſicut principium in ſpeculabilibus.

## Commentatoris.

f Orme artificiales ſunt accidentia in ſubſtantiis naturalibus.

Duplex eſt finis.ſ. generationis ⁊ rei generate.

Anima humana eſt mediū inter formas materiales ⁊ abſtractas.

Qui dicit naturā nō agere ꝓpter finem: tollit ſollicitudinē dei circa iſta inferiora.

## Tertii phyſicorum.

i Gnorato motu neceſſe eſt ignorare naturam.

Tot ſunt ſpecies motus quot ſūt ſpecies entis.

Motus eſt actus entis in potentia: inquantū in potentia.

Omne mouens naturale i mouēdo mouetur.

Actio ⁊ paſſio ſunt vnus motus numero: ⁊ ſunt in paſſo ſicut in ſubiecto.

Quēcūqꝫ fit: neceſſe eſt accipere finem.

In perpetuis non differt poſſe ⁊ eſſe.

Nullum corpus eſt actu infinitum.

Infinitum ſecūdum ꝙ huiuſmodi eſt ignotū.

Vnūquodqꝫ reſoluitur in id ex quo cōponitur.

Idem eſt locus totius ⁊ partis.

Idem eſt motus totius et partis.

Continuum eſt diuiſibile in infinitum.

Infinitum habet rationem partis ⁊ non toti⁹ ⁊ habet rationem materie ⁊ non forme

Infinitū eſt cuius quātitatē accipientib⁹ ſemper eſt aliquid extra accipere.

Totum et perfectum eſt cui nihil deeſt.

Numerus cauſatur ex diuiſione continui.

Continuum eſt infinitum ſecundum diuiſionem: numerus vero ſecūdū appoſitionem.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Commentatoris.

ꝙ Uidam homines erant tantum aſſueti comedere venenum: ꝙ venenũ erat eis cibus.

Quidam per conſuetudinem audiendi falſa: negant principia vera per ſe nota: vt ex nihilo nihil fit vt chriſtiani.

Fides vulgi fortior eſt quã fides philoſophoꝝ

Qui in principio addiſcit philoſophiam nõ poteſt audire leges: ſed qui in principio addiſcit leges non impeditur quin poſſit audire philoſophiam.

Quarti phyſicorum.

ꝙ Uod non eſt: nunquam vel nuſquam eſt.

Rebus mobilibus queritur locus.

Omne corpus eſt in loco: ⁊ in omni loco eſt corpus vnde dici ſolet. nõ eſt loc⁹ ſine corpore nec corp⁹ ſine loco. Duplex eſt loc⁹. ſ. propriis ⁊ cõmunis. Cõmunis ĩ quo plura corpora ſunt proprius in quo vnum corp⁹ tantum eſt.

Locus eſt vltimum vel terminus corporis cõtinentis immobile primum. i. locus eſt vltima ſuperficies corporis ꝯtinentis ſecunduꝫ quod continetur cũ tanta diſtantia ad orbẽ.

Octo modis dicitur aliquid eſſe ĩ aliquo. vno mõ ſicut pars in ſuo toto. ſicut digit⁹ in manu: ſecundo modo ſicut totum in partibus vt domus in pariete: tecto: ⁊ fundamento. tertio mõ ſicut ſpecies in genere: vt homo ĩ animali. Quarto modo ſicut genus in ſpecie quia genus eſt pars diffinitionis ſpeciei ⁊ etiam differẽtia. vnde quodãmodo ⁊ genus ⁊ differentia dicuntur eſſe in ſpecie ſicut partes in toto. quinto modo ſicut forma in materia vel ſubiecto ſiue ſit accidentalis: ſiue ſubſtantialis: ſicut ſanitas dicitur eſſe in calidis ⁊ frigidis. quorum contemperantia cõſtituit ſanitatem. ſexto modo ſicut aliquid in primo motiuo. i. ĩ prima cauſa efficiẽte vt regnum in regente. ſeptimo modo ſicut aliq̃d in ſuo fine. vt cor alicuius dicitur eſſe in aliqua re quam amat ⁊ deſiderat. octauo modo: ſicut locatum in loco. vt aqua in vaſe.

Nihil eſt in ſeipſo primo ⁊ per ſe.

Superficies eſt in corpore ſcientia vero in anima.

Locus cõtinet ⁊ conſeruat locatum.

Vnũquodq; tunc pulcherrime demonſtratur vel diffinitur cum oſtenditur quid eſt ipſũ: ⁊ cum accidentia ſua propria oſtenduntur ſibi ineſſe ⁊ cum oppoſita circa ipſum ſoluunt ⁊ cum cauſe diſcipline oppoſitorũ circa ipſũ manifeſtantur.

Locus eſt equalis locato.

Duo corpora nõ poſſũt eſſe ſimul in eodẽ loco

Vnũquodq; fertur naturaliter ad locum ſibi proprium.

Non eſt dare vacuum in natura.

Vacui ad plenũ ⁊ entis ad non ens: nulla eſt proportio vel comparatio.

Neceſſe eſt diuidi excellens in excellentiam: ⁊ id quod excellitur.

Excellens ⁊ id quod excellitur in aliquod cõuenire ſemper debent.

Contrariorum eadem eſt materia.

Tempus conſequitur ſemper motum.

Qui non apprehendit motũ: nõ apprehendit tempus: ſicut patet in his qui fabuloſe dicũtur dormire in ſardis.

Tempus eſt numerus motus ſm prius ⁊ poſterius. i. prius ⁊ poſterius ſunt in motu ꝓut ſunt numerata ab anima.

Nihil habemus de tempore niſi nunc. i. preſens tempus vel inſtans.

Tẽpus eſt mẽſura motus. ſ. rerũ mutabiliũ.

Omnia que ſunt ſub celo tabeſiunt ſeneſcunt: ⁊ ſordeſcunt ſub tempore.

Sempiterna non ſunt in tempore.

Tempus ẽ paſſio motus: ⁊ precipue mot⁹ celi

Cõmentatoris.

Elum non ẽ in loco per ſe ſed per accidens. ſ. ratione centri.

Quãtitas non ẽ de genere virtutũ actiuarũ.

Succeſſio motus cauſatur ex reſiſtentia medii vel mobilis vel vtriuſq;.

Tempus ⁊ numerus priorum ⁊ poſteriorum exiſtentium in motu.

Quinti phyſicorum.

Mnis motus recipit denominationem a termino ad quem.

Medium comparatũ vni extremorũ habet rationem alterius extremi: vt fuſcum comparatum ad nigrũ dicitur album.

Motus ẽ trãſmutatio ſucceſſiua q̃ fit in tpe.

Mutatio eſt tranſmutatio ſubitanea: que fit in inſtanti.



UVA. BHSC. IyR_108_2

Mutationis proprie due ſunt ſpecies. ſ. generatio ⁊ corruptio.
Generatio eſt mutatio de nõ eſſe ad eſſe. corruptio econuerſo.
In ſubſtantia non eſt motus: quia in ipſa non eſt contrarium.
Motus eſt tantum in tribus predicamentis ſcilicet quantitatis qualitatis: ⁊ vbi.
Motus in quantitate dicitur augumentum ⁊ diminutio.
Motus in qualitate dicitur alteratio.
Motus in vbi dicitur latio vel ſecundum locum mutatio.
Omnis motis fit de contrario in contrarium vel ad medium.
Continua ſunt quorum vltima ſunt vnum vt caro ⁊ cutis.
Contingua ſunt quorum vltima ſunt ſimul: vt cutis ⁊ camiſia.
Conſequenter ſe habentia ſunt inter que non eſt medium eiuſdem generis: lꝫ interea ſint alia media: vt domus conſequenter ſe habet cũ domo inter quas nõ eſt dom⁹ media.
Quies eſt priuatio motus.

Cõmentatoris.

g Gentes ponunt nomen ⁊ verbum ꝑncipia demonſtratiua ⁊ ponunt nomen cuilibet forme quieſcenti: verbum cuilibet forme mobili.
Elementa ſunt contraria ſecundum ſuas qualitates. non ſecundum ſuas formas.
Qualitates elementoruꝫ ſunt eorum forme accedentales ⁊ non ſubſtantiales licet aſſimilenẽ formis ſubſtantialibus. vnde caliditas non eſt forma ſubſtantialis ignis.

Sexti phyſicorum.

n Nllum continuuꝫ poteſt eſſe compoſitum ex in diuiſibilibus vnde linea nõ põt componi ex pũctis.
Inter quelibet puncta ſignata in continuo eſt dare lineam mediam.
Punctum non eſt continuum: nec contiguuꝫ nec conſequenter ſe habens cum alio pũcto.
Continuum eſt diuiſibile i ſemper diuiſibilia.
Omne corpus eſt mobile: ⁊ omne mobile corpus eſt
Omnis motus eſt in tempore.
Omne quod mouetur eſt diuiſibile: quia partim eſt in termino a quo. ⁊ partiꝫ in termino ad quem mouetur.
Terminus cuiuſlibet rei eſt indiuiſibilis.
Indiuiſibile non põt moueri: niſi per accidẽſ.
Nulla mutato eſt infinita ſecunduꝫ terminos ſed bene ſecundũ tempus: vt motus celi.
Forma rei eſt indiuiſibilis.

Cõmentatoris.

i Indiuiſibile eſt termin⁹ diuiſibilis.
Generatio ⁊ corruptio ſunt termini alterationis diuiſibilis.
Alteratio eſt diuiſibilis.
Generatio ⁊ corruptio ſunt indiuiſibilia.

Septimi phyſicorum.

o Omne quod mouetur ab alio moueẽ.
In mouentibus ⁊ motis non eſt abire in infinitum: ergo eſt deuenire ad primũ motorem.
Mouens ⁊ motum ſunt ſimul ⁊ ſine medio.
Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum.
Vnũquodqꝫ tunc perfectum eſt: cũ attingit ꝓpriam virtutem.
Ab experiẽtia particulariũ accipimus vniuerſalem ſcientiam.
In quieſcendo ⁊ ſedendo anima fit ſciens ⁊ prudens.
Infantes ita bene ſentire. i. iudicare nõ poſſũt ſicut ſenes.
Alteratio eſt ſolum in tertia ſpecie qualitatis.
Sola vniuoca ⁊ non equiuoca ꝯparabilia ſũt.
Equiuoca latent intra genera.

Cõmẽtatoris.

q Quedam ſunt propoſitiones in quib⁹ nec antecedens nec conſequens eſt verũm. ſed tamen in ipſis valet conſequentia: vt ſi aſinus volat habet alas.
Vidi hominem decollatum ambulantem huc atqꝫ illuc multotiens.: ⁊ hoc non poteſt eſſe ſi principium motus animalis eſſet in capite: vt dicit galienus.
Perfectio rerum conſiſtit in indiuiſibili.
Virtus eſt quedam perfectio.

Octaui phyſicorum.

m Otus eſt vita quedam omnibus natura ſubſiſtentibus.
Motus eſt eternus.
Mundus eſt eternus.
Peccat voluntarius ſciens quando econtrario vtitur ſcientia.
Prius opportet eſſe combuſtibile antequã cõ

UVA. BHSC. IyR_108_2

duratur.

Finiti ad infinitum nulla eſt proportio.

Homo dicitur minor mundus.

Moueri ex ſeipſo: eſt propriũ animalis.

Gutta vltima cauat lapidẽ in virtute precedẽtiũ: ſed non gutte precedentes.

Grauia ⁊ leuia per ſe mouentur a generante: ſed a remouente prohibens per accidens.

Primũ mouens magis mouet ꝙ̃ vltimum.

In infinitis nihil eſt primum.

Omne quod mouetur ab alio mouetur.

Accidens nõ eſt continue neceſſariũ: ſed ipſũ contingit non eſſe.

Poſſibili poſito in eſſe: nullum ſequitur impoſſibile.

Quandocunq; duo coniuncta ſunt in vnum: ſi vnum poteſt eſſe ſine altero: ⁊ reliquũ poteſt eſſe ſine ipſo: contingit aliquid dare ſm ſpeciem quod ſimul mouet ⁊ mouetur: ⁊ aliquid quod tantũ mouetur: ergo erit dari aliquid qđ tm̃ mouet ⁊ non mouetur.

Impoſſibile eſt moueri motorem eo motu quo mouet.

Omne quod mouetur ex ſe eſt indiuiſibile in partem mouentem ⁊ partem motam.

Primus motor omnino eſt imobilis per ſe ⁊ per accidens.

Primus motor tm̃ vnus ē ⁊ eternus.

Primus omniũ motuũ eſt motus localis.

Solus motus circularis eſt vere continuus ⁊ perpetuus.

Motus reflexus non eſt continuus: quia eſt interruptus quiete media.

Motus circularis eſt ab eodem in idem.

In circulo non eſt dare principium nec finem in actu.

Motus circularis eſt primus omniũ motuũ ⁊ mẽſura omniũ motuũ ⁊ ſolus vniformis indiuiſibilis ⁊ eternus.

Celum ſm ſe totum non quieſcit ſed mouetur continue.

Primus motor nullam habet magnitudinem nec finitam nec infinitam: vnde ipſe eſt incorporeus indiuiſibilis ⁊ eternus.

Impoſſibile ē mouens finitũ mouere per tẽpus infinitum.

In magnitudine finita non poteſt eſſe virtus infinita nec econuerſo.

Perpetuũ ē prius corruptibili.

Primus motor eſt in circũferentia primi mobilis: eo quod partes circũferentiales magis mouentur.

Impoſſibile ē in corpore finito: eſſe potentiam infinitam.

### Cõmentatoris.

PRimus motor ē vbi velociſſimꝰ eſt motus. ſ. in oriente.

Hoc nomen homo dicitur equiuoce de eo qui perfectus eſt per ſcientias ſpeculatiuas: ⁊ de omnibus aliis: hoc ē de ſciente et ignorante.

Sapiens naturaliter eſt virtuoſus.

Agens non poſſe agere impoſſibile: non eſt diminutio agentis; ſed dicere ipſum agere impoſſibile: ē error ⁊ deceptio.

Ex nihilo nihil fit.

Homo dicitur paruus mundus.

Experimentũ ſermonũ verorũ eſt vt conueniat rebus ſenſatis.

Generans generato dat formã: ⁊ omnia accidentia conſequentia formã.

In cauſis eſſentialiter ordinatis nõ põt iri in infinitũ: ſed in accidentaliter ordinatis non eſt impoſſibile.

Primũ antiquũ nihil agit in iſtis inferioribꝰ ſine ſecũdo antiquo. ſ. celo.

Inter omnia accidentia quantitas imediatius adheret ſubſtantie.

In celo non eſt infinita potentia actiua: ſed paſſiua.

Primꝰ motor ē in oriente: ⁊ propter hoc quedam leges adorant deũ verſus orientem.

### Propoſitiones libri primi de celo ⁊ mundo.

COntinuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia.

Nihil ē perfectũ niſi trinitas.

Perfectio rerũ conſiſtit in trinario.

Perfectũ ē cui nihil deeſt.

Totum vniuerſum neceſſe ē perfectum eſſe.

Natura apta nata ſic facere ſic facit: ex quo habetur ꝙ ad perfectionem vniuſcuiuſq; rei requiruntur tria: ſcilicet ſubſtantia: virtus: et operatio.

Mixtis non contingit motus niſi ratiõe elementi dominantis in ipſis.



UVA. BHSC. IyR_108_2

Motus circularis non habet contrariuꝫ.
Motus circularis eſt prim⁹ omniū motuū.
Perfectū naturaliter prius eſt imperfecto.
Celum nec graue nec leue eſt.
Totū ⁊ partes mouentur ad eundē locum.
Si alicui ineſt motus vnus preter naturā: alteri ineſt ſm naturam.
Celum eſt ingenerabile inaugumentabile inalterabile ⁊ incorruptibile.
Celum eſt elongatum a contrarijs.
Celum non poteſt recipere peregrinas impreſſiones.
Deus ⁊ natura nihil faciunt fruſtra.
Paruus error in principio . maximus eſt in fine.
Principia ſunt minima quantitate: ſed maxima virtute.
Non eſt dare aliquod corpus actu infinitum: nec ſecundum magnitudinem nec ſecundū multitudinem
Finiti ad infinitum nulla eſt proportio.
Impoſſibile eſt eſſe plures mundos.
Indiuidua alicuius ſpeciei non differunt ſpecie ſed numero.
Differt dicere celum ⁊ hoc celum. quia qui dicit celum dicit formam ⁊ qui dicit hoc celum dicit formā in materia.
Non ſunt plures mundi quia tota materia a ſua forma comprehenſa eſt.
Tripliciter accipitur celum: ꝓ octaua ſpera vbi ſūt ſtelle fixe ⁊ pro corpore quinto ⁊ pro toto vniuerſo.
Extra celum nihil eſt ſiue nullum corpus eſt.
Extra celum nec eſt tempus nec locus nec vacuum. ſed ibi entia ducentia vitam optimā quā toto eterno perficiunt . inalterabilia ⁊ impaſſibilia.
A primo ente ſingulis communicatum eſt eſſe ⁊ viuere: his quidem clarius: his vero obſcurius.
Omnia que mouentur cum perueniunt ad ꝓprium locum quieſcunt.
Oportet inquiſitores veritatis non eſſe inimicos.
Impoſſibile eſt eſſe eternuꝫ quod habet potentiam vt ſit non ens aliquando.
Omne quod eſt nouum a parte ante nō poteſt eſſe eternum a parte poſt.

Quicquid in generabile ⁊ incorruptibile eſt hoc eternum eſt ⁊ econuerſo.
Omne corruptibile de neceſſitate corrumpet ſed non omne generabile de neceſſitate generabitur.
Virtus eſt vltimum alicuius quod poteſt eſſe.
Virtus actiua terminatur ad maximum: paſſiua vero ad minimum.
Particulare eſt particulare ſecundum materiā
Materia eſt cauſa eſſe ⁊ non eſſe.

Commentatoris.

Omnis conſtitutio humana ſi recte fuerit ordinata ſequi debet naturam ⁊ hoc etiam innuit ariſtoteles.
Celum eſt quaſi medium ⁊ ligamentum inter generabilia ⁊ corruptibilia ⁊ principia eterna.
In celeſtibus non ſunt plura indiuidua in vna ſpecie.
Celum non habet materiam: que eſt in potentia ad eſſe. ſꝫ eius materia eſt corpus in actu.
Res eſt intelligibilis per formam: ſenſibilis vero per materiam.
Virtus actiua diffinitur in vltimo augumenti ſui ſed paſſiua in vltimo decrementi ſui.

Secundi de celo ⁊ mundo.

Mabile eſt a melioribus perſuaderi. Celum mouetur ſine labore ⁊ pena ⁊ fatigatione.
Celum eſt animatum ⁊ habet principium ſui motus in ſe.
Cuiuſcunqꝫ rei eſt aliqua operatio: illa eſt finaliter propter ipſam.
Oportet motum celi eſſe circa aliquod fixū: talis eſt terra.
Nullum violentum eſt perpetuum.
Si vnum contrariorum ideſt natura: reliquuꝫ ideſt in natura.
Eadem eſt materia contrariorum.
Celum eſt rotunde figure.
Omne contiguum ſperico eſt ſpericum.
Figura ſperica eſt nobilior omnium figurarꝫ.
Vnum eſt prius multo: ⁊ ſimplex . compoſito.
Motus celi eſt cā ⁊ menſura omniuꝫ motuū.
Motus celi eſt continuus perpetuus ⁊ eternus ⁊ vniformis.
Natura ex poſſibilibus ſemper facit quod optimum eſt.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Omnis motus naturalis in principio eſt debilior ⁊ in fine fortior.
Motus violētus in principio fortior: in fine debilior.
Omnis impotentia ⁊ defectus: accidens eſt ⁊ preter naturam.
Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.
Stelle ſunt eiuſdem nature cuius eſt celum.
Stelle in inferioribus cauſant calorē: ⁊ lumē.
Motus natus eſt maleſacere ⁊ ignire: vt patʒ in ſagitta plūbea ⁊ cetera.
Stella mouetur ſecundum motum ſui orbis.
Omnes ſtelle ſunt retunde figure.
Natura nihil irrationabiliter nec fruſtra facit.
Magis diligimus illa ſcire de quibꝫ maximā dubitationē habemus: ⁊ per paruas ⁊ debiles rationes. quam notiora quidem: ⁊ per rationes efficaces.
Mirabilia nature multa ſunt.
Id quod per actiones paucas acquiritur: facilius acquiritur ſed quod per plures difficilius acquiritur.
Id quod per paucas actiones bonitatem ſuaʒ participat nobilius eſt quam quod per plures eam participat.
Maximum bonum eſt ⁊ optimum omnibus ſortiri finem optimum.

Commentatoris.

m Motor debet proportionari mobili.
Neceſſe eſt corpus animatum eſſe nobilius corpore inanimato.

Omnia agentia non intendunt per ſuas actiones: niſi vt aſſimilentur primo principio mobili ⁊ immobili.
Abſentia materie eſt cauſa immortalitatis ⁊ eternitatis.
Entia diuina eterna agunt propter ſe prima intentione: propter alia vero ſecūda intentiōe
Stella eſt denſior pars orbis.
Melius eſt medicum ſcire de rebus nobilioribus quā multum de rebus vilioribus.

Tertij de celo ⁊ mundo.

p Prima cōſideratio ſcientie naturalis eſt de corporibus corruptibilibus.
Impoſſibile ē diuiſibile componi ex indiuiſibilibus.

Ordo eſt propria natura rerū naturaliū.
Elemēta nō ſunt infinita ſed finita: ⁊ ſunt qtuor. ſ. ignis: aer: aqua ⁊ terra.
Elementa ſunt generabilia ⁊ corruptibilia.
Figure non eſt contrarium.
Si totum vniuerſum generetur de nouo: neceſſe eſt vacuū eſſe.
Elementa ſunt prima corpora: ex quibꝰ ſiunt alia corpora.

Commentatoris.

q Qualitates prime elementorum non ſunt forme eorum.
Tria fecerunt Auicēnam errare frequenter in naturalibus. ſ. in experientia et confidentia proprij ingenij: ⁊ ignorantia logice.

Ex quo ex materia prima aliquid fit: neceſſe ē illam ſituatam eſſe in vniuerſo.

Quarti de celo ⁊ mundo.

e Extremū celi dicitur ſurſum: ſed mediū. ſ. terra dicitur deorſum.
Leue dicitur qḋ ſurſum mouetur.

Graue dicitur quod deorſum mouetur.
Ignis eſt leuis: terra vero grauis.
Vacuum nihil eſt.
Omnia corpora inferiora habent grauitatem preter ignem.
Medium eſt contrariū extremis.
Forme eſt continere: materie vero contineri.
Grauia ⁊ leuia mouentur ex ſeipſis in ſua ꝓpria loca: niſi ſit impediens: verum eſt imediate: quia mediate mouentur a generante: vel a remouente prohibens.

Commentatoris.

e Terna nō habent agens niſi ſm ſimilitudinem: inquantū. ſ. agens dicitur forma ⁊ finis conſeruans.

Agens transmutans ad formā ſubſtantialem transmutat ad accidentia propria illius forme: vnde generans non ſolum dat formam ſubſtantialem generato: ſed dat ſibi accidentia que conſequuntur ipſam.
Finitas terminatio ⁊ transmutatio inueniūtur in rebus propter ſuas formas.

Propoſitiones vniuerſales libri primi de generatiōe ⁊ corruptiōe.

o Omnium traſmutationem habentium ad inuicem eſt eadē materia prima.
Ad pauca aſpicientes ⁊ inexperti de facili enunciant.



UVA. BHSC. IyR_108_2

Generatio ſimplex eſt quando totum compoſitum ex materia ꝛ forma tranſmutatur in totum: nullo ſẽſibili ſubiecto remanente in eodem.

Qualitas ſimbola eadem manet ingenerato ꝛ corrupto.ſ.ſpecie.

Ex nihilo nihil fit.

Paſſiones non ſunt ſeparabiles a ſubiectis.

Generatio vnius eſt corruptio alterius ꝛ econuerſo.ꝛ propter hoc ſunt perpetue.

Quod non eſt cognitum non eſt ens.

Hyle.i.materia prima eſt proprie ſubiectum coruptionis ꝛ generationis.

Materia non eſt quantitas: ſed eſt id cuius terminus eſt quantitas.

Materia nunquam ſeparaẽ ab omni forma.

Omne agens naturale in agendo repatitur ſi communicat cum eo in materia.

Agens ꝛ patiens in principio ſunt diſſimilia.in fine vero ſimilia.ſcilicet diſſimilia in genere.ſimilia in ſpecie.

Agens ꝛ patiens non agunt niſi approxiata.

Finis non agit niſi methaphorice.

Habitibꝰ preſentibus in materia ceſſat motꝰ.

Elementum eſt ex quo cõponitur res primo ꝛ manet in ipſa.

Elementa non manent immixto in actu. ſed virtute.

Mixtio eſt miſcibilium alteratoruꝫ vnio.

Cõmentatoris.

Omne ens naturaliter eſt cognitum a nobis: ꝛ quod non eſt cognitum a nobis: non eſt ens naturale.

Non eſt credendum ꝙ magiſter iſte.ſ.Ariſtotiles: aliquid ſine forti ratione dixerit.

Alberti magni.

Quid mihi de miraculis diuinis cũ de natura loquar.

Compoſitio ſecunda preſupponit cõpoſitionem primam.

Compoſitio prima eſt cauſa compoſitionis ſecunde.

Prima compoſitio eſt materie cum forma. ſecunda compoſitio accidentis cum ſubiecto.

Subſtantia compoſita que de ſe deſingnabilis eſt in predicamento magis ꝛ minus non ſuſcipit: ſed ſubſtãtia ſimplex que eſt forma elementi magis ꝛ minus ſuſcipit.

Secundi de generatiõe ꝛ corruptiõe.

Elementa ſunt actiua ꝛ paſſiua adinuicem: que ſunt eiuſdem generis.

Calidum congregat homogenea. ꝛ diſgregat etherogenea: ſed frigidum congregat vtrunqꝫ.

Humidum eſt male terminabile termino proprio: ſed bene alieno. ꝛ ſiccum econuerſo.

Calidum. frigidum. humidum. ꝛ ſiccum: ſunt prime qualitates ad quas omnes aliene reducuntur.

Quattuor ſunt elementa .ſ. terra que eſt frigida ꝛ ſicca. aqua que eſt frigida ꝛ humida. aer qui eſt calidus ꝛ humidus. ignis qui eſt calidus ꝛ ſiccus.

In habentibus ſimbolum. ideſt ſimilitudinem facilior eſt tranſitus: quam in non habẽtibus ſimbolum.

Facilius eſt tranſmutare vnum quã multa.

Flamma eſt fumus ardens.

Impoſſibile eſt infinita pertranſire.

Neceſſarium eſt corpora mixta ex omnibus conſtare elementis ꝛ non ex vno tantum.

Ex eiſdem ſumus ꝛ nutrimur.

Materia eſt cauſa quare aliqua poſſunt eſſe ꝛ non eſſe.

Ignis eſt contrarius aque: ꝛ aer terre.

Materie eſt pati: ager autem alterius. ſcilicet forme ignis.

Ignis ſine ſupiori agente.ſ.celo deterius agit quã organũ artificis ſine artifice.

Motus celi ꝛ aliorum planetarum in obliquo circulo eſt cauſa generationis ꝛ corruptiõis rerum infirmarum.

Contrariorum contrarie ſunt cauſe.

Idem manens idem: aptum natum eſt facere idem.

Generatio ꝛ corruptio ſunt perpetua.

Adueniente ſole animalia redibũt: recedente vero peribunt.

Vita ꝛ tempus vniuſcuiuſque naturam habentis generabilibus ꝛ corruptibilibꝰ: mẽſuratur certa periodo.i.certa reuolutione ꝛ menſura ſed tamen quedaꝫ longior quedã breuior.

Natura ſemper deſiderat id quod melius eſt.

Melius eſt eſſe ꝙ̃ non eſſe.

Impoſſibile eſt omnia ſemper remanere vel

UVA. BHSC. IyR_108_2

redire eadem numero: propter longe diſta/
re a primo principio.
Generatio ꝛ corruptio perpetua ſunt circula/
riter ꝛ non ſm rectitudinem.
Homines ꝛ animalia nõ reuertũtur in ſeipſis
Quorũ ſubſtantia deperit non redeunt vel re/
manent eadem numero ſed ſpecie.
Forme rerum ſunt in terminis.

Commentatoris.

c Concauũ orbis lune eſt cũ forma ignis
Tempora anni currũt circulariter pro/
pter motũ ſolis circularẽ.

Propoſitiones vniuerſales Ariſto
telis libri primi meteororum.

m Mundus conſtat ex quattuor elemẽtis.
Totus iſte mundus ſenſibus continu
us eſt lationibus ſuperioribus celi: vt to/
ta virtus eius inde gubernetur.
Motus celi eſt perpetuus ꝛ eſt principium ꝛ
cauſa omnium motuũ inferiorum.
Terra eſt multum minor quibuſdam celeſtibꝰ
ꝛ aqua multo minor celo.
Valde puerile eſt putare vnũquodq; aſtrorũ
eſſe ita paruũ ſicut apparet aſpicientibus.
Eadem eſt proportio partis ad partem ꝛ totiꝰ
ad totum.
Ex vno pupillo aeris fiunt decem ignis ꝛ ſic
de aliis.
Elementa adinuicẽ habent proportionẽ.
Quanto locus eſt frigidior: tanto in eo magis
fiunt nubes.
Non ex omni aere nata eſt fieri aqua: ſ; ſolum
ex eo qui eſt velut vapor.
Vapor eſt aqua diſgregatio: ꝛ natura eius eſt
calida ꝛ humida.
Exaltationis natura eſt calida ꝛ ſicca.
Corpora celeſtia motu ſuo generant calorẽ in
iſtis inferioribus. ipſa tamen calefieri non
poſſunt quia non ſuſcipiunt peregrinas im/
preſſiones.
Aer ꝛ ignis ſub ſpera altiſſimorum motuũ mo
uentur circulariter.
Duplex eſt exaltatio. vna vaporoſa que voca/
tur vapor. alia fumoſa que vocatur exaltatio.
A calore ſolis eleuatur hypercauma ideſt ex/
alatio calida ꝛ ſicca vſq; ad ſupremã regio/
nem aeris.
Flamma eſt ſpiritus ſicci ardoris.

In hypercaumate materia lata ꝛ longa vocat
ſtipule ardentes. Materia ſolum longa ſed
inflammata plus ſm longitudinem q̃ lati/
tudinem ꝛ ſintillas quodãmodo vocatur ca
pre ſaltantes. Non ſintillas vero vocantur
dalli. Sed materia ſucceſſiue ignita ꝛ modi
cũ durans ſidus volans vocatur.
Omnes impreſſiones ignite generantur ſub
luna.
Cometa non eſt ſtella. ſed eſt impreſſio quedã
aeris.
Nunq̃ fuit viſa ſtella erratica preter ſolẽ.
Stelle propter diſtantiam a nobis nõ apparẽt
maiores neq; minores ſed fere in diuiſibi/
les. comete aũt apparẽt maiores ꝛ minores
Cometa generatur ex exaltatione calida ꝛ ſicca
ab iſtis inferioribus vſq; ad ſupremã regio
nem aeris eleuata ꝛ ibi inflãmata ꝛ ſi figura
ta fuerit vocatur ſtella comata ꝛ ſi figura/
ta ſit ſm longitudinem dicitur ſtella barba/
ta vel caudata: ꝛ quãdo exalatio eſt debilis:
dicitur ſidꝰ volans aut cadens.
Stella in ſuo motu videtur ſed cometa dicitur
quãdo materia ẽ groſſa ꝛ manens ꝛ moue
tur ad motũ aſtri ſub quo eſt.
Galaxia eſt circulꝰ lacteus ex exaltatione mul
ta calida ꝛ ſicca vſq; ad ſupremam regionẽ
aeris per motũ ſtellarũ eleuata generatus.

Secundi meteororum.

Cum congelatur nubes fit nix. ſed cũ
c congelatur vapor fit pruina. ſed quan
do congelatur pluuia fit grando.
Interiora terre ratione animaliũ eſtate ſunt
frigida. hyeme vero calida.
Contrarium circũſtans ſuũ contrarium fortifi
cat ipſum per antipiſtaſim. i. per reſiſtentiã.
Dulce propter leuitatem aſcendit. amarũ prop/
ter grauitatem deſcendit. ẽ ergo pluuia dul
cis. ꝛ mare amarũ: vel ſalſum.

Tertii meteororum.

b Humidum nõ eſt ſine ſicco. nec ſiccũ ſi/
ne humido.
Aque magis fluunt de nocte q̃ de die: q2 va/
pores eleuati ꝛ in pluuiam conuerſi ſole re/
cedente cadunt.
Ventus eſt vapor terreꝰ. aeris ſuperiora tran
ſcendens. eũq; fortiter percutiendo impel/
lens. ꝛ lateraliter mouetur quãdo pellit a me

UVA. BHSC. IyR_108_2

dia regione aeris.

Motus terre cauſatur ex vapore vel terra incluſo.

Tonitruus cauſatur ex vapore igneo in vētre nubis incluſo: qui dum ipſam exire nititur: nubem ipſam cum violentia rumpit ⁊ facit ſtrepitum vel ſonum.

Cum eleuatur exaltatio ſegregata per modicas ⁊ ſubtiles partes ſparſim diffuſas fiunt tonitrua ⁊ coruſcationes.

Exalatio eleuata multa ⁊ ſpiſſa non ſegregata tunc ſubtilis cauſat etnephiam.i. vnū ventū qui eſt ventus violentus ⁊ fortis: cum quo accidit ſuper terram obſcuritas ⁊ multitudo aquarum.

Ventus qui dicitur typhon cauſatur ex exalatione repulſa a nube: qui fortis eſt ⁊ flat ad modum turbinis de amplo in anguſtum et arbores eradicat.

Exalatio in nube inflammata que nubem exiens ſtatim diſparet: dicitur fulgur.

Exalatio a frigiditate nubis expulſa ⁊ ſtatim ꝑ aerem ſparſa: dicitur coruſcatio.

Exalatio inflammata violenter ⁊ velociſſime expulſa deorſum a frigiditate nubis: percutiens: frangens ⁊ cōminuens corpora ſupra que cadit dicitur fulmen.

Exalatio inflammata que apparet colore aereꝫ cauſandam quandam rubedinem in aere: ⁊ que etiam inflāmat nouas exalationes multum diſperſas in aere: vocatur incenſio.

Halon eſt circulus totus ⁊ integer circa ſoleꝫ ⁊ lunam apparens: et ex refractiōe luminis ſolis vel lune ſupra vaporē cauſatus.

Iris eſt apparitio quattuor colorū.ſ. punicei: viridis: allurgi: ⁊ ſanchos in nube rorida: ⁊ ſpeculari oppoſito corpori luminoſo ſe habentiuꝫ ſm ordinem ⁊ figuram ſemicirculi: vel ſaltem minoris portionis q̄ꝫ circuli.

Virge generatur ex refractiōe radij ſolis trāſeuntis per partes nubis ab aliquo humido in nube.

Paralelli cauſantur ex refractione luminis ſolis ſupra nubem regularem ⁊ ſpiſſam.

Exalatio ſicca recluſa ſub terra ē materia oīuꝫ poſſibilium ſicut lapidum ⁊ liquefactibiliū: ſicut ſulphuris ⁊ ſimiliū.

Omnia corpora metallica generātur ex exalatione calida ⁊ humida coagulata ⁊ congelata exiſtente ſub terra.

Quarti meteororum.

q Qualitates prime elementorum ſunt quattuor: inter quas ſunt due actiue: .ſ. calidum ⁊ frigidum: ⁊ due paſſiue.ſ. humidum ⁊ ſiccum.

Putrefactio eſt vltima reſolutio.

Omnia elementa putreſiunt preter ignem.

Oppoſitorū oppoſite ſunt cauſe.

Quecūqꝫ a frigido componuntur: a calido reſoluuntur: ⁊ econuerſo.

Excellentia frigiditatis impedit putrefactōnē

Digeſtio fit a calore naturali.

Quecūqꝫ liqueſiunt ſunt de natura aque.

Omnia corpora ignita ⁊ ſub igne facta: habēt caliditatem in potentia: vt cementum.

Vnūquodqꝫ entiū naturalium determinatum eſt quadam operatione propria: in quā cum poteſt dicitur ens tale: ⁊ in quā cū non pōt: non poteſt dici hoc niſi equiuoce: vt oculus quando nō poteſt videre dicitur ocul⁹ equiuoce: vt oculus lapideus vel depictus.

Homo mortuus nō eſt homo niſi equiuoce.

Prepoſitiones vniuerſales ariſtotelis libri primi de anima.

ſ Cientia eſt de numero bonorum honorabilium.

Vna ſcientia dicitur nobilior altera vel nobilitate ſubiecti: vel propter certitudinem: ⁊ ſcientia de anima propter vtrūqꝫ eſt nobilior alijs naturalibus.

Cognitio libri de anima vtilis eſt ad oēm veritatem: ⁊ maxime ad ſcientiam naturalem.

Anima eſt tanq̄ꝫ principiū animaliū.

Animalia ſūt ꝑncipalior pars entiū naturaliū

Aliorum alia ſunt principia.

Vniuerſale aut nihil eſt aut poſterius eſt ſingularibus in rerū natura.

Accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt.i. ſubiectum vel ſubſtantiam.

Omnis demonſtrationis principiū eſt quod quid eſt.i. diffinitio ſubiecti.

Omnes operationes ⁊ paſſiones que ſunt in animatis ſunt totius coniuncti ex corpore et anima: in quas cōmunicat corp⁹: vnde etiā intelligere non eſt propium anime: ſed to/

UVA. BHSC. IyR_108_2

tius coniuncti.
Paſſiones anime variantur ſm variationē ſeu diſpoſitionem corporis. Quidam duris ꝛ magnis paſſionibus nõ mouentur quidã vero mouẽtur paruis ꝛ debilibus.
Ira eſt motus corporis vel potentia eius. vel ira ẽ accenſio ſanguinis vel caloris circa cor.
Intellect⁹ vel ẽ fantaſia: vel nõ ẽ ſine fantaſia.
Triplex eſt diffinitio: Una que datur per materiam tantũ: vt cum dicitur domus eſt qd conſtãs ex lapidibus ꝛ lignis. Alia que datur per formam vt cuȝ dicitur domus eſt cooperimentũ quoddã prohibens nos ab imbribus ꝛ caumatib⁹. Tertia q̃ datur ꝑ vtrũqȝ vt domus eſt cooperimentũ conſtans ex lapidibus ꝛ lignis prohibens nos ab imbrib⁹ ꝛ caumatibus.
Naturalis diffinit per materiã tantuȝ: vel per materiã ꝛ formã ſimul: ſed non diffinit per formam tantum.
Impoſſibile eſt corpora animalium reſurgere verũ ẽ naturalit̃: ſȝ bene ſm fidẽ chriſtianã.
Dicere animã gaudere vel triſtari: ſimile ẽ ac ſi dicat aliqs: eam texere vel edificare.
Si ſenex haberet oculũ iuuenis: videret vtiqȝ vt iuuenis.
Intellectus eſt quid diuinum in paſſibile ꝛ incorruptibile.
Melius eſt dicere ꝙ homo intelligat ꝑ animã q̃ȝ ꝙ anima intelligat per hominẽ.
Intelligere noſtrũ corrũpitur quodã interiori corrupto.ſ.fantaſia.
Oportet artẽ vti organis: animã vero corpore
Non quelibet anima poteſt intrare quodlibet corpus. ſed quelibȝ anima habet propriũ corpus: quod eſt contra pythagoricos qui dixerunt oppoſitum.
Duo corpora non poſſunt ſimul eſſe in eodeȝ loco: ꝛ ideo anima nõ eſt corpus: qꝛ ẽ in corpore: vel ſimul cũ corpore. Anima ſȝ platonem eſt numerus ſe ipſum mouens.
Rectũ eſt iudex ſui ꝛ obliqui.
Egrediente anima ex corpore corpus marceſcit ꝛ expirat.

Commentatoris.

a Rtes non differunt a ſe inuicem niſi vel demonſtrationis confirmatione vel nobilitate ſubiecti. vel vtroqȝ modo.

Subiectum ſcientie de anima eſt nobilius ſubiectis aliarum ſcientiarum ꝛ demonſtratio eius eſt magis firma: ꝛ ideo ipſa precedit alias ſcientias.
Animalia ſunt nobiliſſima corporum generabilium ꝛ corruptibilium.
Actus ꝛ potentia ſunt differentie valde oppoſite ꝛ reperiuntur in vnoquoqȝ predicamẽto.
Intellectus agit vniuerſalitatem in rebus.
Intellectus ſm eſſentiã eſt abſtractus a corpore: tamen impoſſibile eſt vt intelligat aliqd ſine imaginatione.
Membra leonis non differunt a mẽbris cerui: niſi per diuerſitatem anime leonis ab anima cerui.

Themiſtii.

c Um multa ſunt ſcripta ariſtotelis: que quicunqȝ aliqs mirabitur vtiqȝ magis mirari cõtingit negotiũ de anima.
Si veritatem de anima cognouerimus valde magnũ nobis erit introductorium ad omnẽ veritatem: ꝛ ad omnes partes philoſophie inſignes dat occaſiones.
Anima ſeipſam cognoſcens digna eſt de aliis facere fidem. ſed ſi de ſeipſa decepta fuerit. qualiter tunc fideȝ preſtabit: quaſi dicat nullomodo.
Nihil eſt ocioſum in natura. ſed vnicuiqȝ enti certum eſt aliquod opus determinatum vel attributum.
Genus eſt conceptus quidã ſine ypoſtaſi: collectus ſummatim ex tenui ſimilitudine ſingularium.
Nominibus permittitur vti aliquis vt vult.
His qui ſm apparentias poeticas recipiunt fabulas: nihil videtur eſſe deriſibili⁹. ſic vt nec in his qui occultuȝ in eis querũt itellectũ
Intellectu nihil eſt diuinius.

Secundi de anima.

t Riplex eſt ſubſtantia.ſ. materia forma ꝛ compoſitum. materia eſt potentia: forma vero actus.
Duplex eſt actus ſcilicet primus ꝛ ſecundus primus vt ſcientia. ſecundus vt ſpeculari ſecundum ſcientiam.
Naturalia ſunt principia artificialium.
Anima eſt actus prim⁹ ſubſtantialis corporis organici phyſici vitam habentis in potentia

UVA. BHSC. IyR_108_2

Anima eſt ſubſtantia .i. forma ſubſtantialis corporis.

Non oportet querere vtrũ ex anima ⁊ corpore fiat vnũ: ⁊ vniuerſaliter ex materia ⁊ forma: cauſa eſt quia vnũ eſt actus aliud potentia eſt. Si oculus eſſet animal: viſus eſſet anima eius.

Animatũ differt ab inanimato in viuendo.

Viuere multipliciter eſt: vegetare: ſentire: intelligere: ⁊ mouere ſcd'm locum: ⁊ ſi vnum iſtoꝝ alicui inſit id dicitur viuere.

Anima mouet corpus ſecundũ omnẽ differẽtiam poſitionis: ſcilicet: ſurſum: deorſum: ante: retro. ⁊ cetera.

Animal eſt animal ꝟm ſenſum tactus.

Anima ẽ principiũ quo viuimus: ſentim⁹: intelligimus: ⁊ mouemur ꝟm locum.

Actus vniuſcuiuſq; ẽ in ſua potentia ⁊ in ſua propria natura in qua natus eſt fieri.

Quatuor ſunt potẽtie anime principales. ſ. vegetatiua: ſenſitiua: intellectiua: ⁊ motiua ſecundũ locũ. hee ſic ſe habent ad inuicem: ꝙ vegetatiua poteſt eſſe ſine ſenſitiua: vt patet in plantis: ⁊ non econuerſo. ⁊ ſenſitiua ſine motiua ꝟm locum: vt patet in quibuſdã animalibus conchilibus ⁊ non econuerſo: ⁊ tã ſenſitiua ꝙ̃ motiua ꝟm locuꝫ poſſunt eſſe ſine intellectiua: vt patet in omnibus animalibus brutis: ⁊ nõ econuerſo.

In plantis eſt vna anima in actu: multe vero in potẽtia: ⁊ ideo partes earũ abſciſe viuũt.

In animalibus annuloſis partes deciſe vidẽtur adhuc viuere ⁊ ſenſum ⁊ fantaſiaꝫ ⁊ appetitum habere.

Intellectus ſeparatur ab aliis potẽtiis anime: ſicut perpetuũ a corruptibili.

Non ſolum ſcimus anima: ſed etiam ſcientia: nec ſolum ſanamur ſanitate ſed etiam corpore: vnde operatio nõ ſolum dependet a forma: ſed etiam a materia: principaliter tamẽ a forma.

Actus actiuoꝝ ſunt in patiente diſpoſito.

Appetitus ẽ cõcupiſcentia delectabilis.

Tactus eſt ſenſus alimenti.

Nec alij ſenſus nec alia ſenſibilia aliquid conferunt ad nutrimentũ niſi per accidens.

Sapor ſonus color ⁊ odor: nihil conferũt alimento.

Eſuries eſt appetitus calidi ⁊ ſicci.

Sitis eſt appetitus frigidi ⁊ humidi.

Sicut trigonũ in tetragono: ſic vegetatiua in ſenſitiua: ⁊ ſenſitiua in intellectiua.

Viuere eſt viuentibus eſſe.

Anima dat viuere viuentibus.

Potentie diſtinguntur per actus. ⁊ actus per obiecta

Quicquid poteſt virtus inferior poteſt etiam ſuperior virtus ⁊ adhuc plus.

Sicut intellectus. ideſt ars agit propter finem ſic ⁊ natura.

Omnia corpora phyſica viuentia ſunt anime inſtrumenta.

Anima eſt cauſa efficiens corporum animatorum ⁊ principium motus ſecundum locuꝫ. ⁊ alterationis.

Senſatio eſt alteratio quedam.

Naturaliſſimum eſt operum omnibus viuentibus quecunq; perfecta ſunt ⁊ non orbata: ⁊ que non habent generationem ſpontaneã generare ſibi ſimile. vt eſſe diuinuꝫ immortale. participent ſecundum ꝙ poſſunt.

Omnia appetunt participare eſſe diuinũ propter perpetuitatem.

Nihil de numero corruptibilium cõtingit vnũ numero manere ſemp tamẽ põt permanere vnũ in ſpecie per generationẽ.

Anima ẽ cauſa corporis in triplici genere cauſarum: ſcilicet efficiens. formalis ⁊ finalis.

Duplex eſt finis. ſ. gratia cuius ⁊ quo. ſ. finis intra ⁊ finis extra.

Nihil ꝓprie ⁊ naturaliter nutritur: niſi quod habet animam.

Tres ſunt potentie anime vegetatiue. ſ. nutritiua. augumentatiua. ⁊ generatiua.

Radices in plantis: ſunt ſimiles ori in animalibus. quia ambo ſuſcipiunt nutrimentum.

Ignis augetur in infinitum: quouſq; fuerit combuſtibile:

Omnium natura conſtantiuꝫ certus eſt terminus ⁊ certa ratio magnitudinis ⁊ paruitatis ⁊ augumenti.

Forma ẽ magis ꝑncipiũ augumẽti ꝙ̃ materia

Alimẽtũ aut decoctio eius ĩ ꝑncipio ẽ cõtrariũ ⁊ diſſimile alito in fine ſ; poſt decoctionem eius eſt ſibi ſimile.

Neceſſe eſt omne viuẽs quã diu viuit nutriri.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Nihil ſentit aut alitur quod non ꝑticipat aïam.
Nihil generat ſeipſum ſed bene ſaluat.
Omnia a fine appellari iuſtũ eſt.
Neceſſe eſt alimentũ decoqui anteq̃ alitur ex eo nutriatur.
Decoctio fit per calorẽ naturalẽ.
Agens ⁊ patiens in principio ſunt cõtraria vl' diſſimilia: in fine vero ſimilia.
Senſus non eſt actu ſenſitiuũ: ſed eſt potentia paſſiua.
Sentire dicitur dupliciter: ſcilicet in actu ⁊ in potentia.
Homo eſt in potẽtia ſciẽs dupliciter. vno mõ q2 nõdũ habet ſcientiã ſed põt eam habere. alio modo q2 iam habet eam ſed nõdum operatur ſcd'm eam.
Duplex eſt potentia. ſ. ꝓpinqua ⁊ remota: ſiue cõnexa vl' coniũcta actui: ⁊ diſſonans vel diſtans ab actu. remota vt puer dicit' habere potentiã militandi: ꝓpinqua vt hõ adultus
Paſſio eſt duplex. ſ. ꝓpria ⁊ metaphorica. ꝓpria dicitur eſſe transmutatio quedaȝ que fit cũ abiectione contrarii.
Methaphorica idem eſt ꝙ ſalus ⁊ ꝑfectio alicuius in potentia ab aliquo quod eſt in actu vt ſentire ⁊ intelligere.
Senſus in actu eſt ſingulariũ.
Scientia eſt vniuerſaliũ que ſunt in anima: ſingularia vero ſunt extra animã.
Aïa intelligit quãdo vult: ſed nõ ſentit qñ vult quia obiectũ intellectus. ſ. vniuerſale eſt aïa Obiectum vero ſenſus. ſ. particulare eſt extra animam.
Duplex eſt ſenſibile ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidens: ſenſibile ꝑ accidens eſt vt aliqua ſubſtantia particularis vt Darii filius. Senſibile ꝑ ſe eſt duplex. ſ. cõmune ⁊ ꝓpriũ. Cõmunia ſenſibilia ſunt quinq3. ſ. numer⁹: magnitudo: motus: quies: ⁊ figura. Senſibile ꝓpriũ eſt qđ ſentitur per ſe tantũ ab vno ſenſu. vt color a viſu. ⁊ cetera.
Quinq3 ſunt ſenſus. ſ. viſus: auditus: odoratus: guſtus ⁊ tactus.
Senſus nõ decipitur circa ꝓpriũ ſenſibile ſiue obiectum.
Color eſt viſibilis ꝑ ſe i ſecũdo mõ dicẽdi ꝑ ſe.
Oportet ſuſceptiuũ coloris eſſe ſine colore.
Suſceptiuũ ſoni debet eſſe abſonũ.
Lumen eſt actus dyaphani ſm̃ qđ dyaphanũ

Dyaphanũ eſt corp⁹ perſpicuũ: vt aer ⁊ aqua ⁊ corpus celeſte.
Lumen nec eſt corpus nec defluxus corporis quia eſt ſimul cũ aere.
Impoſſibile eſt duo corpora eſſe ſimul in eodem loco.
Illuminatio nõ fit ſucceſſiue ⁊ in tempore: ſed in inſtanti: nec eſt dicẽdũ ꝙ illuminatio medii non fiat in tempore ſed illud tempus eſt ita paruũ ꝙ latet nos.
Tenebra eſt priuatio luminis.
Lucida inominata. ſ. noctilucentia non videtur in lumine.
Color non eſt viſibilis ſine lumine.
Viſio fit per hoc quod ſenſus aliquid patitur a medio.
Senſibile poſitum ſuper ſenſum non cauſat ſenſationem.
Sonus cauſatur ex colliſione corporũ aerẽ fortiter frangentiũ.
Echo eſt ſonus ſecũdario mouens auditũ: fact⁹ in aere ex repercuſſione ſoni prius facti.
Vox eſt ſonus animati tm̃.
Vox eſt repercuſſio aeris reſpirati ad arteriã vocalẽ cum imaginatione ſignificandi.
Lingua ꝯuenit habere in duo opera nature. ſ. guſtũ ⁊ loquelã: ⁊ quãcũq3 vociferationẽ.
Homo praue odorat: ⁊ peiorẽ habet odoratũ multis animalibus.
Guſtũ ⁊ tactũ certiorẽ habem⁹ omnib⁹ animalibus: vnde nullũ animal excellit hominem in guſtando ⁊ tangendo.
Homo eſt excellentiſſimũ ⁊ prudentiſſimum animalium.
Molles carne aptos mente dicimus: duros vero ineptos.
Nihil eſt guſtabile ſine humido.
Caro non eſt organũ tactus: ſed aliquid intra carnem. ſ. neruus: caro tamen eſt medium in tangendo.
Oportet tangibile tangere mediũ cõnaturale q2 inter tãgibile ⁊ tactũ debet eſſe mediũ.
Nulla corpora ſicca tangunt ſe ſine medio.
Mediũ comparatũ vni extremorũ habet rationem alterius extremi.
Omnis ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierũ ſenſibiliũ ſine materia: ſicut cera recipit figuram ſigilli ſine auro.
Excellens ſenſibile corrumpit ſenſum.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Abeũtibus ſenſibilibus remanent ſpecies in fantiſia.
Non eſt neceſſe omne mouens moueri ſecundum locum.
Senſus communis habet duas operationes. ſ. ponere differẽtiã inter ſẽſibilia diuerſoruꝫ ſenſuum in eodem tempore: ꝛ percipere immutatiões ſenſ. vt iter dulce ꝛ albũ in lacte
Motus actio ꝛ paſſio ſunt in patiente non in agente.
Omnis ſenſus conſiſtit in quadã ſimphonia. ideſt proportione.
Talis eſt intellectus in terrenis hominibus: q̃lem in die inducit pater virorum deorum ꝙ. ſ. ſol. hoc dicit homerus.
Deceptio ꝛ ignorantia eſt magis propria animalibus quam ſcientia: q2 in maiori tempore animam informat ignorantia quam ſcientia.
Eadem eſt ſcientia contrariorum.
Fantatiſia eſt motus factus a ſenſu ſecundum actum ſecunduꝫ quem aliqua multum agũt ꝛ patiuntur.
Fantaſia non eſt opinio.
Fantaſia ad intellectum nullomodo pertinet.
Intellectus ꝛ ſcientia ſemper ſunt verboꝝ.
Fantaſia eſt ſepe falſorum.
Viſus eſt maxime ſenſus.

Cõmentatoris.

Anima eſt ſubſtantia ꝛ non accidenſ.
Subſtantia eſt dignior omni accidente.
Forma ſubſtantialis ꝛ accidẽtalis equioce dñr eſſe in ſubiecto. quia ſubiectum forme ſubſtantialis eſt ens in potentia. quod non eſt in actu niſi per formam. ſed ſubiectum accidentium ex aliquod exiſtens in actu compoſitum ex materia ꝛ forma. vnde habemus quod omne quod aduenit enti in actu eſt ſibi accidens.
Compoſituꝫ ex materia ꝛ forma nõ dicit̃ vnũ niſi q2 forma ſua eſt vna.
Forma rerum artificialium: ſunt accidentia.
Indiuidum eſt vnum per formam ſuam: vnde habemus ꝙ forma indiuidui eſt cã indiuiduationis.
Corpora celeſtia non habent de virtutib9 anime. niſi deſideriũ ꝛ intellectum.
Sollicitudo diuina cuꝫ non potuit facere indiuiduum ſemper vnum numero permanere miſerta eſt eius dando ſibi virtutẽ per quã poteſt idem permanere in ſpecie.
Omne ens naturale deſiderat permanentiam ſempiternam.
Natura agit propter aliquid: tanquam propter finem.
Diuerſitas formarũ eſt cauſa diuerſitatis materierum.
Omne recipiens debet eſſe denudatum a natura recepti.
Lux non requiritur in videndo propter colores: ſed propter ipſũ dyaphanum.
De exemplo non requiritur verificatio: ſed manifeſtatio.
Stelle non videntur in die propter maius lumen. ſ. ſolis.
Homo boni tactus ſemper eſt diſcretuſ: ſꝫ ſic nõ eſt de aliis ſenſibus.
Odor eſt in medio intentionaliter: ſed non corporaliter.
Maxima dimẽſio qua materia poteſt recipere eſt ignis ꝛ minima dimenſio eſt terra veruꝫ eſt in generabilibus ꝛ corruptibilibus.
Vultures ꝛ tigrides venerunt propter odorẽ ad locũ prelii: quod accidit in terra grecorũ a quingentis miliaribus.
Locus eſt ſimilis ꝛ equalis locato.
Senſus ſemper dicit verum in particulari b9 ꝛ non in vniuerſalibus: ſed ecõuerſo: Intellectus ſemper dicit verum in particularibus ꝛ non in vniuerſalib9.

Themiſtii.

Artificialia omnia accidentis rationem habent reſpectu naturalium.
Quibuſcunqꝫ de numero mortalium natura dedit intellectũ in his premiſit omnes alias potentias anime in miniſterium intellectuſ.
Senſus non decipitur circa propriuꝫ obiectũ ſiue ſenſibile: obſeruatis quatuor conditionibus: que ſunt: debita diſpoſitio organi. debita medii diſpoſitio. debita diſtantia obiecti ꝛ quarta conditio: ꝙ obiectum ſit proportionatum potentie.
Ea que ſcimus ſunt minima pars eorum que ignoramus.

Tertii de anima.

Intellectus eſt pars anime
Intelligere eſt quoddam pati.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Sicut ſe habet ſenſus ad ſenſibilia. ſic intellectus ad intelligibilia.

Intellectꝰ omnia intelligit.

Intellectus poſſibilis non habet aliquam determinatam naturam. ſed ſolum habet hanc naturam: que vocatur intellectus poſſibilis.

Intellectus poſſibilis nihil eſt actu de numero entium antequam intelligat ea.

Intellectus non habet aliquod organum ī corpore. ſed eſt ſeparatus ab omni organo corporali.

Aīa intellectiua ē locus ſpecierꝫ intelligibiliū.

Aīa non habet actu ſpecies: ſed ſolum potētia

Impoſſibilitas ſenſitiui nō eſt ſimilis impoſſibilitati intellectiui.

Senſus nō poteſt ſentire parua ſenſibilia poſt excellentia ſenſibilia.

Intellectꝰ cū intelligit valde intelligibile: nō impedit̄ intelligere infimū: ſed magis ītelligit.

Senſus non eſt ſine corpore: intellectus vero eſt ſine corpore.

Intellectus cū ītelligit alia: pōt ſeipm̄ itelligere

In omnibus habentibus formaꝫ in materia: differt res ⁊ eſſe rei. vnde aliud eſt magnitudo ⁊ magnitudinis eſſe: ⁊ aliud aq̄ ⁊ aque eē

Eſſentia ſiue quiditas rei ē proprium obiectū intellectus.

Intellectus eſt ſimplex ⁊ impaſſibilis. ⁊ immixtus.

Duplex eſt paſſio ſcꝫ corruptiua ⁊ perfectiua.

Intellectus poſſibilis in principio eſt tanq̄ꝫ tabula raſa: in qua nihil eſt ſcriptum vel depictum. eſt tamē poſſibile ſcribi vel depingi.

Intellectꝰ ītelligit ſe ſicut alia. ſ. p ſpecies alioꝝ

In ſeparatis a materia idē ē ītellectꝰ ⁊ ītellectū.

In habentibus materiam vnūquodq̄ꝫ eſt ſolū intelligibile in potentia.

Intellectus eſt potentia ſine materia.

Sicut in omni rerū natura eſt aliquid quo poſſunt omnia fieri illius generis: ⁊ aliqd quod poteſt facere id genus. ſic etiam neceſſe eſt in anima eſſe hec duo ſcꝫ vnū quod poteſt fieri omnia intelligibilia ⁊ recipere ea: ⁊ hoc eſt intellectus poſſibilis: aliud vero quod poteſt facere omnia ītelligibilia: ⁊ h̄ ē ītellectꝰ agēs vnde duplex eſt potentia anime intellectiue. agens ⁊ poſſibilis.

Intellectus agens eſt ſicut lumen: qꝛ ſicut lumen facit colores potentia actu viſibiles ſic ītellecꝰ agens: potentia intelligibilia facit actu intelligibilia.

Agens eſt honorabilius ⁊ nobilius paſſo: ēt forma materia.

Intellectus agēs eſt immortalis ⁊ perpetuus: ⁊ nō reminiſcitur poſt ſeparationem.

Intellectus paſſiuus eſt corruptibilis.

Duplex eſt comprehenſio ſiue operatio intellectus. vna dicitur ſimpliciū terminorū cōprehenſio: alia ſimpliciū apprehēſorum. compoſitio ⁊ diuiſio. ſub q̄ cōprehendit̄ tertia. ſ. rōcinatio ſeu diſcurſus de noto ad ignotum.

Priuatio cognoſcitur per habitum.

Potentia in vno ⁊ eodem indiuiduo precedit actum. ſed ſimpliciter eſt econuerſo hoc eſt actus ſimpliciter precedit potentiam.

Intellectus noſter ē ens in potentia.

Omnia que fiunt ab ente in actu fiunt.

Sicut ſe habent ſenſibilia ad ſenſum ita fantaſmata ad intellectū.

Intellectus iudicat de futuris ⁊ de ipſis deliberat.

Duplex eſt intellectus poſſibilis. ſ. practicus ⁊ ſpeculatiuus. ſpeculatiuus qui conſiderat verum ſimpliciter: practicus qui conſiderat per comparationem ad opus.

Sicut res habet eſſe: ſic habet intelligi.

Senſus non eſt res ſenſata ſed intellectus eſt res intellecta.

Anima quodāmodo eſt omnia.

Omne ens vel eſt ſenſibile vel intelligibile.

Secantur ſcientie quemadmodū ⁊ res: de quibus ſunt ſcientie.

Lapis nō eſt anima: ſed ſpecies lapidis.

Manus eſt organum organorum.

Intellectus eſt ſpecies ſpecierum ideſt forma formarum.

Omnia itelligibilia ſūt ī ſpeciebꝰ ītelligibilibꝰ.

Nulla res eſt vniuerſalis preter particulares.

Neceſſe eſt intelligentem quencūq̄ꝫ: fantaſmata ſpeculari.

Actus intellectus qui dicitur intelligentia ſimpliciū licet non ſit fantaſma: tamen non eſt ſine fantaſmate.

Duplex eſt appetitus. ſ. intellectiuus ⁊ ſenſitiuus ītellectiuus dicit̄ volūtas. ſenſitiuꝰ diuiditur in iraſcibilem ⁊ concupiſcibilem.

Natura nihil facit fruſtra. vnde nec deficit in neceſſariis. nec habundat in ſuperfluis.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Intellectus principioꝝ ſemꝑ eſt rectus.
Intellectus ſiue ſpeculatiuus ſiue practic⁹ nõ eſt principiũ ſufficiens motus localis.
Medici habentes artẽ medicinalẽ non ſanant ſe per illã niſi forte per accidens.
Abſtinẽtes appetentes ⁊ cõcupiſcẽtes nõ operant̃ ſm appetitũ ſed ſm intellectũ.
Intellect⁹ practicus rõcinatur propter aliqd. ideo differt a ſpeculatiuo fine.
Aliquãdo rõ ⁊ cõcupiſcentie ſunt contrarie: qꝛ intellectus propter malũ futurũ cognitũ aliquãdo iubet preſens bonũ eſſe fugiendũ: cõcupiſcentia vero que nõ indicat de futuro ꝓpter delectationez boni preſentis iubet tale bonũ eſſe proſequendũ.
Appetibile ſemper mouet appetitũ ſub ratõne boni: ſiue id bonũ ſit exiſtens: ſiue apparẽs
Tria requirunt̃ ad motũ animalis.ſ. mouens motũ: ⁊ organũ motus.
Mouens eſt duplex.ſ.mouens imobile.ſ.appetibile.⁊ mouens motũ quod eſt potentia appetitiua anime: motũ eſt aliquod organũ corporis: mouẽs eſt cor: motũ eſt corpus.
Neceſſe eſt oẽ qđ viuit habere aiam vegetatiuã a principio vſqꝫ ad finem.
Neceſſe eſt omne animal habere ſenſum.
Impoſſibile eſt corpus animalis eſſe ſimplex elementum.
Poſſibile eſt corpus mixtum eſſe animalis ⁊ non ſimplex.
Senſus guſtus ⁊ tactus neceſſarii ſunt animali.alii autem tres ſenſus ſunt bene eſſe.ſ. viſus odoratus ⁊ auditus.
Non videmus extra mouentes vel mittentes ſed intus ſuſcipientes.
Senſus tactus primus eſt ſenſuum quia ſine eo non poteſt eſſe animal.
Excellens ſenſibile corrumpit ſenſum excellẽs tangibile corrumpit animal
Linguam hꝫ animal tantum ⁊ cor vt ſignificet aliquid alteri.

Commentatoris.

Intellectus non eſt corpus nec virtus in corpore exiſtens.
Sermo debet eſſe longus in principio vt dicit plato.
Ariſto. adinueniens intellectum poſſibilem adinuenit quoddam genus nouum materie.
Quicquid recipitur in aliquo recipitur ibi per modum rei recipientis ⁊ non per modũ rei recepte.
Species humana eſt eterna.
Probabilia ſecundum totum non poſſunt eſſe falſa.
Neceſſe eſt in omni intelligibili abſtracta aliquid ſimile eẽ materie ⁊ aliqd ſimile eſſe forme.ſ.potentiaꝫ ⁊ actũ.
Nulla forma eſt liberata a potentia ſimpliciter niſi prima forma que extra ſe nihil intelligit.
Omnis forma ſeperata a materia eſt intellectiua.
Credo ꝙ iſte homo.ſcilicet Ariſt. ſit regula in natura ⁊ eſt quoddaꝫ exẽplar qđ inuenit ad demonſtrandam vltimam perfectionem in materiis.
Habitus eſt ſecundum quem habens ipſum poteſt agere quando vult.
Operatio intellectus poſſibilis eſt intelligere ſed operatio intellectus agentis eſt abſtrahere.
Intelligere eſt recipere intelligibilia.abſtrahere eſt potentia intelligibilia facere actu intellecta denudando ea a materia ⁊ a conditionib⁹ materie
Vniuerſalia non habẽt eſſe extra animã ſicut voluit plato.
Intellectus poſſibilis eſt vltimus in ordine intelligentiarum ſeparatarum.
Prima principia per nihil aliud ſed ſolo lumine intellectus agentis cognoſcimus.
Cum homo copulatus fuerit intellectui per ſcientiam omnium rerum complete tunc eſt quaſi deus in humano corpore hoſpitatus.

Temiſtii.

Impoſſibile eſt de actu tranſire in actũ niſi ſubeunte potentia que deferat illũ actum.
Vniuerſalia ſunt quidam cõceptus quos aia in ſe colligit.
Si eſt aliquis intellectus in quo non eſt potentia ille non intelligit priuationes nec mala talis aũt eſt cauſa prima.
Ille intellectus qui plura intelligit non eſt nobilior.ſed qui digniora.
Intellectus diuinus eſt ipſa ſemper veritas. ⁊ ſemper verum intelligit

UVA. BHSC. IyR_108_2

Ratio vniuerſalis dicit ꝙ omni philoſopho. ē beneſaciendum.
Prius eſt ſcire actiones anime quam eius ſubſtantiam.
Intellectus eſt communis in omnibus cognitio autem non.
Scientie genꝰ precedit ſcientie ipſā differētiā.
Minimꝰ error in principio eſt cauſa multoruz errorum in fine.
Virtutes paſſiue ſunt mobiles ab eo cui attribuuntur. actiue mouent id cui attribuuntur
Anima rationalis indiget reſpicere ⁊ conſiderare intentiones que ſunt in virtute imaginatiua ſicut ſenſus indiget in ſpecie ſēſibilis
Forme rerum a materia ſeperatarum mouent intellectum.
Intellectus agens auſert formas a materiis ⁊ a ſantaſia.
Oē recipiēs debet denudari a natura recepti.
Intellectus poſſibilis non habet in ſua natura de formis materialibus.
Forme immateriales non ſunt ſenſibiles.
Extrema differunt a mediis.
Intellectus poſſibilis eſt illud quod eſt in potētia ad oēs formas materiales vniuerſalium ⁊ non eſt in actu aliquod entium antequam intelligat.
Diuerſitas nature recepte facit diuerſitatez nature recipientis.
Omne generabile ⁊ corruptibile eſt particulare: intellectus non eſt huiuſmodi. ideſt particularis nec corpus nec forma in copore.
Intellectus qui creat ⁊ generat intelligibilia ē intellectus agens.
Intellectus in anima non eſt ſine imaginatine ſicut ſenſus non ſentit ſine preſentia ſenſibilis.
Impoſſibile eſt ponere eaſdem intentationes quandoqꝫ corruptibiles quandoqꝫ eternas.
Color non mouet viſū niſi ꝑ preſentiā lucis.
Color efficitur in actu per preſentiam lucis.
In formis abſtractis non eſt niſi indiuiduuz.
Unus motor non poteſt eſſe diuerſorum mobilium.
Ab vno inſtrumento non poteſt prouenire niſi actio vna.
Intellectus agens ⁊ poſſibilis non eſt generabilis neqꝫ corruptibilis.
Omne genus ſenſibile diuiditur in materiaz ⁊ formam.
Niſi eſſet hoc genus entium. ſ. intellectus nō poſſemus intelligere multiplicitatem in rebus abſtractis.
Scientia de anima neceſſaria eſt ad ſciendum philoſophiam primam.
Sicut ſe habet lux ad dyaphanum ſic ſe habet intellectus agens ad poſſibilē: quia ſicut lux eſt ꝑfectio dyaphani: ſic intellectꝰ agens eſt ꝑfectio intellectus poſſibilis.
Omnis virtus exiſtens in corpore eſt in primis qualitatibus.
Virtus imaginatiua eſt de genere virtutum exiſtentium iu corpore.
Omnes partes anime ſunt forme in materiis preter rationale.
Locus eſt nihil eorū que in eo exiſtunt.
Primum intelligēs nihil extra ſe intelligit.
Motor ⁊ motum debent eſſe eiuſdem ſpeciei.
Intellectus cum fuerit in actu cauſat vnum entium ⁊ poteſt intelligere ſeipſum per intentiones quas extrahit extra ſe.
Intellectus abſtrahit quiditatem ab habente q̄ditatem ⁊ non abſtrahit donec veniat ad ſimplicem quiditatem.
Rectum eſt in continuo ſicut ſimitas in naſo.
Si modo eſſe non eſſet paſſio non eſſet.
Intelligere eſt actio ⁊ paſſio.
In eo quod intelligibile ex ſe intelligens ⁊ intellectum ⁊ erit idem omnibus intellectus.
Ea que agunt ⁊ patiuntur communicant in ſubiecto.
Paſſio eſt aliqua priuatio ⁊ nullam habet naturam propriam preter naturam ſubiecti.
Unum oppoſitorum cognoſcitur per reliquū.
Anima eſt vnum entium naturalium rerum.
Conſideratio de anima eſt conſideratio naturalis.
Nihil agit niſi per formam ſuam.
Actio intellectus agentis eſt ſubſtantia ſua.
Speciem humanam deficere eſt impoſſibile.
Eternum in ſua actione non indiget generabili ⁊ corruptibili.
Omne perfectum habet quiditatem.
Impoſſibile eſt quod aliquid corruptibile ſit materia eterni.
Intellectus poſſibilis intelligit formas mate/



UVA. BHSC. IyR_108_2

riales abſtractas.
Quorū differentie ſunt eedem ipſa ſunt eadeꝫ
Jd quod exiſtit in anima eſt forma tantum ⁊ non materia.
Jmaginationes ſunt de genere ſenſibilium.
Ratio non exiſtit in omnibus animalibus.
Si erit motor vnus ⁊ mobile vnum erit.
Jntellectus non manet ſine voluntate.
Contrariorum contrarii ſunt motus.
Motus maiores expellunt minores.
Operatio non eſt ſine virtute.
Unius rei non eſt niſi vnus vſus in vno tempore..

Propoſitiones vniuerſales ariſtotelis ex lib. de ſenſu ⁊ ſenſato.

n Aturalis philoſophi eſt de ſanitate ⁊ infirmitate prima principia inuenire
Naturalis philiſophus finit conſiderationem ſuam ad ea que ſunt de conſideratione medicine: ſed medicus incipit ab eis que ſunt de conſideratione naturalis. vnde vbi philoſophus dimittit ibi medicus incipit.
Neceſſe eſt ꝙ animal ſecundum ꝙ animal habeat ſenſum.
Uiſus multarum rerum differentias nobis demonſtrat.
Auditus magnam partem confert ad intellectum ⁊ prudentiam.
Sermo audibilis eſt cauſa diſcipline: non ꝑ ſe ſed per accidens inquantum aliquid ſignificant.
Cecus a natiuitate ſapientior eſt muto ⁊ ſurdo
Omnis ſurdus a natiuitate eſt mutus ⁊ non econuerſo: Hoc inquit ſanctus thomas.
Uiſus attribuitur aque que eſt perſpicua ⁊ iõ poteſt recipere ſpecies colorum.
Uirtus viſiua non eſt in extremitate oculi ſita ſed infra oculum iuxta cerebrum.
Odor ē fumalis vaporatio. i. fit ex ea.
Cerebruꝫ eſt pars frigidior ⁊ humidior omnibus partibus corporis. verum eſt de membris principalibus.
Cor eſt oppoſitum cerebro quia ē calidiſſima pars corporis.
Color eſt extremitas perſpicui in corpore terminato per oppacum terreſtre.
Manifeſtius eſt nobis genus ſaporum quaꝫ odorum.
Odoratum peiorem habemus quam alia animalia.
Tactum vero habemus certiorem reſpectu omniū animalium.
Jgnis non agit nec patitur ratione qua ignis ſed ratione qua calidus. vnde a forma ſubſtantiali non egreditur operatio: niſi mediante forme accidentali.
Terra facit ad generationem ſaporis.
Sapor eſt paſſio facta in humido a ſicco: alteratiua guſtus de potentia ad actum.
Omnia que nutriuntur: nutriuntur dulci: id eſt conuenienti.
Dulcis ⁊ amarus ſunt extremi ſapores ex quibus commiſcentur alij: ſicut ⁊ ex albo ⁊ nigro alij colores.
Odor eſt paſſio ſicci embibiti ab humido facta: odoratus alteratiua de potētia ad actū.
Duplex eſt odorabile: vnum quod confert ad nutrimentum: aliud quod nihil confert: ſed tantū valet ad confortationē cerebri.
Eſurientibus ſapores ⁊ odores ſunt delectabiles: ſed plenis ⁊ nihil egentibus nec odores neqꝫ ſapores ſunt delectabiles.
Fumoſitas cibi ad cerebrum veniens infrigidata per locuꝫ eius facit hominibus reumata.
Solus homo ſentit ⁊ delectatur in odoribus florum.
Odorabile inquantum odorabile non cōfert ad nutrimentū ſed bene ad ſanitatem.
Fumus carbonum facit hominibus grauamen capitis.
Simplex elementum non nutrit: ſed oportet omnem cibum compoſitum eſſe et commixtum ex elementis.
Jntellectus non intelligit que exterius ſunt ſine ſenſu.
Super habundantes ⁊ minime partes corporum ſeparare a toto reſoluuntur in continens: vt minimus ſapor mari infuſus reſoluitur in mare.
Unus ſonus numero poteſt venire ad aures plurium: ſed per ſpecies multas.
Motus maiores expellunt minores.
Operatio non eſt ſine virtute.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Vnius rei non poteſt eſſe niſi vnus vſus in vno tempore.
Contrariorum contrarij ſunt motus.

Commentatoris.

v Viſus obſcuratur in locis frigidis in quibus fuerit nix ⁊ multa aqua et cõſimilia.
Palpebre poſite ſunt in oculis hominũ ad cõſeruationem eorum a rebus extrinſecis: ſicut vagine gladijs.
Inſtrumentũ auditus ẽ aer impoſitus auri.
Inſtrumentũ odoratus ẽ aer impoſitus naſo
Color cauſatur ex cõmitione corporis lucidi: cum dyaphano.
Color albus ⁊ niger ſunt extrema colorum.
Lux ẽ perfectio dyaphani non terminati: ſed color eſt perfectio dyaphani terminati: ẽ eni in ſuperficie diaphani terminati.
Ignis non lucet per ſe: ſed quando adunatur cum aliquo alio corpore.
Ignis in ſua ſpera nec eſt calidus nec ardet.
Anima beſtialis in corde exiſtens non impedit actiones nature.
Artifex ſcd̃m poſſe ſuum intendit ſe aſſimilare nature.
Ars ſemper ſequitur naturam.
Forme ſenſibiliũ extra animã habent eſſe corruptibile omnino: ſed in anima habent eſſe ſpirituale ſiue intentionale omnino: in medio habent eſſe medium inter corporale et ſpirituale.
Auditus in homine eſt via ad diſciplinam.
Diſciplinam non redditur niſi per loquelam.
Loquela nõ redditur niſi per auditum.
Intelligere quid ſignificetur per verba: non eſt ipſius auditus ſed intellectus: verum eſt ꝙ verba ſignificant ad placitũ.

Alexandri.

s Generoſiſſimi medici incipiunt cõſiderationem ſuam ab his que demonſtrat naturalis.
Medicina enim habet coniunctionem cũ ſcientia naturali: eo ꝙ principia ſua ab ipſa accipiat: ⁊ eſt ſub ipſa.
Senſatio dicitur paſſio: quia cũ paſſione fit.
Senſus animalis: ſunt cauſe ſalutis ipſius animalis.
Non eſt idem ſenſibile. ſ. ſecundũ ſe conſideratũ: ⁊ eſſe ſenſibile: per cõparationẽ ad alia

Ex lib. ariſtotelis de reſpiratione et aſpiratione.

q Quecunqꝫ ſunt animalia pulmonem habentia: illa reſpirant.
Piſces nõ reſpirant per aeris attractionem: ſed refrigeriũ cordis fit in ipſis ab aqua: quã recipiunt in branchijs.
Idem eſt principium ſanguinis ⁊ venarum: ſcilicet cor.
Reſpiratio fit in animalibus ad refrigerandũ cor ⁊ loca vicina cordi: vnde que magis calida ſunt maiori indigent reſpiratione.
Vnum organum tantum aptum natum eſt ad vnum opus.
Naturam nihil videmus fruſtra operari.
Homo eſt rectiſſimũ omniũ animaliũ.
Homo habet pulmonem multum calidum ⁊ ſanguineum.
Vnumquodqꝫ conſeruatur maxime in loco ⁊ tempore ſibi cõnaturali ⁊ ſimili: ⁊ non in loco ⁊ tempore ſibi contrario.

Ex libro Ariſtotelis de morte et vita.

v Vita ⁊ mors ſunt cõmunia omnibus animalibus.
Mors ſenum finis triſticie ẽ: quia multo dolore eis contingente moriuntur.
Vita ẽ manſio anime cum corpore.
Animalia reſpirantia ſuffocantur in humido.
Sanguis fit primo in corde: quia nondum diſtinctis venis: ſed ſolo corde generato videtur animal ſanguinem habere.
Cor ſemper mouetur: ⁊ vene ſemper mouentur quãdo cor mouetur: omnes arterie ſunt a corde.
Aeris ingreſſus in pectus animalis: vocatur inſpiratio: ⁊ egreſſus reſpiratio.
Calor cordis ⁊ humidum quod eſt in ipſo pertumeſcere faciens: ⁊ ebullire facit pulſum cordis.
Pulmo habet ſe circa cor ſicut follis.

Ex libro de plantis quem Ariſtoteles non fecit: ſed diſcipulus eius Theofraſtus.

a Vrum non putreſit.



UVA. BHSC. IyR_108_2

Sanguis in auguſtis venis exiſtens circa ce/
lebrum eſt ſubtilis ⁊ purus: ⁊ de facili paſſi
bilis: quare indiget extrinſeco adiutorio ad
harum paſſionum frigiditatem tẽperandã.

¶Propoſitiones vniuerſales ariſto
telis ex libro ꝺ memoria ⁊ reminiſcẽtia

m Emoria nõ eſt futurorũ nec preſentiũ
ſed eſt preteritorũ tantũ. vnde ſenſus
eſt preſentium opinio ſpes futurorũ. memo
ria preteritorum.
Omnis memoria eſt poſt aliquod tempus.
Intelligere non contingit. ſine fantaſmate.
Memoria ineſt primo ſenſitiuo.
Memoria ẽ intelligibiliũ nõ tñ ſine fãtaſmate.
Memoria nõ eſt in hiis que ſunt ĩ multo motu
Meditationes memoriam ſeruant. in remini
ſcendo
Meditari eſt ſpeculari aliquid multotiens: nõ
ſecundũ ſe: ſed vt imago alicuius.
Quedam ſemel vidẽtes magis memoramur
ꝙ̃ alia multotiens.
Omnis reminiſcentia fit vel a contrario: vel a
ſimili: vel ab arte.
Conſuetudo eſt tanquã natura altera.
Reminiſcentia tantum hominibus ineſt. ſed
memoria ineſt multis aliis animalibus.
Pueri ⁊ multũ ſenes ſunt immemores: ꝓpter
nimium motum accidentem corporib⁹ eorũ
Memoria eſt alicuius apprehenſi ſenſu vel in
tellectu: iterata reſumptio.
Reminiſcentia non eſt aliqd primo addiſcere
Reminiſcentia eſt reſumptio memorie et acce
ptio eius.
Reminiſci non eſt memorari. non tamen eſt ſi
ne memorari.

Commentatoris.

Quattuor ſunt potentie ſenſitiue interio
res. ſ. ſenſus cõmunis: imaginatiõ ſiue
fantaſia quod idem eſt. eſtimatiua que in ho
minibus dicitur cogitatiua. ⁊ memoratiua:
ſenſus cõmunis ⁊ imaginatio ẽ in anteriori
parte cerebri. eſtimatiua in medio. memoria
vero in poſteriori parte.

¶Propoſitiones vniuerſales ari/
ſtotelis ex libro de ſomno ⁊ vigilia.

Cuius eſt potentia eius eſt actus.
Quorũcũque eſt aliquod opus ſcḋm na
turã ꝙ cũ exceſſerint tempus in quo poſſint
aliquid facere neceſſe eſt eos langueſcere ⁊ il
lud non facere.
Somnus eſt in potentia ſentiendi ꝓpter exceſ
ſum vigilandi.
Neceſſe eſt omne quod vigilat dormire.
Somnus eſt ligamentum omniũ ſenſuũ.
Vigilia eſt ſolutio ſenſuum.
Somnus eſt requies data animalibus propter
ſalutem eorum.
Somnus ſimilatur epilenſie. i. morbo caduco
Omnia animalia ſanguinolenta habent cor.
Cor eſt principiũ ſenſuũ ⁊ motus in animali.
Nutrimentũ vltimum omnib⁹ ſanguinẽ habẽ
tibus eſt ſanguis a natura.
Locus ſanguinis ſunt vene.
Cor eſt principiũ venarum
Somnus cauſatur ex vaporatione cibi. que va
dit ad cerebrũ ⁊ infrigidata deſcendit ⁊ fit
ſomnus: vnde poſt cibũ forte ſunt ſomni.
Somnus non eſt ꝗ̃libet in potentia ſentiendi.
Vinum bibere non conuenit pueris nec nu/
tricibus eorũ. quia nihil differt pueros vinũ
bibere ⁊ nutrices.
Omnium eorum que in corpore ſunt frigidiſ
ſimũ eſt cerebrum.
In ſomno fit propulſio caloris ad interiora ani
malis: vnde ſuperiora membra ⁊ exteriora
in ſomno ſunt frigida: interiora vero ⁊ in/
feriora ſunt calida.
Animalia magis nutriuntur: ⁊ augmentãtur
dormiendo ꝙ̃ vigilando.
Abeuntibus ſenſibilibus remanent ſpecies in
organo ſentiendi.
Viſus non ſolũ patitur a viſibili ſed etiã agit
verum eſt per accidens. ſ. ratione vaporis
in videndo ab oculo exeuntis.
In ſpeculis valde puris: ſi mulieres mẽſtruo
ſe ſuperuenientes iſpicient in ſuperficie ſpe
culi fit nubes ſanguinea: ⁊ ſi nonũ eſt ſpecu
lum: non facile eſt abſtergere maculã huius
modi ſi vero vetus facile eſt.
Purum quicquid acceperit cito demonſtrat.
Delectatio maior expellit minorem.
Principia omniũ parua ſunt vnde principia
egretudinum parua ſunt primo.
Somnia apparent dormiendo ⁊ nõ vigilãdo.
Aliquando fiunt ſomnia falſa aliquando recta.
Inhabentibus ſanguinẽ. miſſo ſanguine ad

UVA. BHSC. IyR_108_2

ſingula mēbra ſpecies reſeruate faciunt va
lida ſomnia.
Somnium eſt fantaſma quoddā in ſomno.
Nulla que apparent dormiendo itellectui ſunt
ſomnia.
Quidā medici experti dicunt ꝙ valde oportet
intendere ſomniis.
Quedā ſomnia ſunt ſigna. quedā cauſe. quedā
accidentia futurorum.
Somnia non ſunt miſſa a deo quia alia anima
lia ſomniant.
Magis preuidēt fatui futura quam alii: quia
eorū memoria non ē occupata circa p̄ſentia
Multa conſulta ⁊ preuiſa que fieri expediebat
diſſoluta ſūt ſepe ꝑpter digniore inchoatōes
Noctes ſilentiores ſunt quam dies.
Aer noctis magis eſt quietus quam aer diei.
Si deus emitteret ſomnia euenirent ſapienti
bus in die.
Melancolici maxime vera ſomniant.
Motorum notiores ſunt motus.
Noti maxime de ſe inuicem ſolicici ſunt.
Non omne futurum de neceſſitate euenit.

Commentatoris.

b Omno eſt medius inter ſomnū ⁊ vigiliam ⁊ non declinat ad vnum plus quam ad aliud.
Somnus fit per receſſum calorū naturalium ⁊ contractionem eius vel eorum ad cor.
Nullus homo eſt qui vidit ſomnium quod nō annunciauit ſibi aliquod futurum.
Famoſum ſecundum totum non eſt falſum.
Vulgus dicit ꝙ ſomnia ſunt ab angelis: diuinationes a demonibus: ꝓphetie vero a deo
Gētes diuerſificantur duobus modus. vno modo naturaliter ſecundum virtutes eorum ⁊ ſecundum vitia eis propria in ſuis regionibus. ſecundo modo ſecundum leges ſuas ſecundum quas receperunt fidem a natiuitate ab angelis ⁊ demonibus.

Ex lib. ariſtotelis de cauſa longitudinis ⁊ breuitatis vite.

g Entes que in calidis religionib⁹ ſunt longioris ſunt vite: quam que infrigidis ſunt.
Corruptis animalibus corrumpitur ſcientia: ⁊ ſanitas que in eis ſunt.
Anima non eſt in corpore ſicut ſcientia in aīa. ideo aīa ſolum corrūpitur corrupto corpore.
Quicquid corrumpitur ꝑ ſe a ꝯtrario corrūpit.
Quod per ſe eſt corruptibile non poteſt in aliquo loco fuerit incorruptibile.
Impoſſibile eſt habenti materiam non exiſtere contrarium.
Minor flamma corrūpitur a maiori per accidens. quia alimentum quod illa conſumit in multo tempore: hoc maior flamma in paruo conſumit tempore.
Omnia generabilia ⁊ corruptibilia ſemper ſunt in motu.
Longiſſime vite animaliū ſūt homo ⁊ elephas.
Locus continens rem vel cooperatur ad generationem ⁊ conſeruationem rei. vel ad cōtrariam operationem rei.
Eterna nulli ſunt contraria.
Vita animalis ſtat per calidum ⁊ humidum.
Senectus eſt frigida ⁊ ſicca.
Labor exſiccat ⁊ ſenium inducit. vnde multū laborantes ſeneſcunt magis.
Animalia multuꝫ coeuntia cito ſeneſcunt. quia ſperma eſt ſuperfluitas nutrimēti. ⁊ ampli⁹ quam ſuſtineri poſſit emiſſum exſiccat ⁊ propter hoc mulus eſt longioris vite quā equus ⁊ aſinus ex quibus fit: q2 ipſe non generat.
Maſculi ſi non coitiui fiant naturaliter ſunt lōgioribus vite quā femine: quia maſculus calidior eſt femina. ſed ſi maſculi coitiui ſunt breuioris vite ſunt quam femine.

Commentatoris.

c Omplexio iuuenū calida eſt ⁊ humida ſenum vero frigida ⁊ ſicca.
Qui multum coeunt parum viuunt vnde caſtrati plus viuunt quam nō caſtrati.
Propter paucitatem coitus plus viuit mulus quam equus ⁊ femine quam maſculi.
Qui habitāt in regionibus calidis ⁊ humidis ſunt longioris vite per accidens .ſ. propter paucitatem putrefactiones.

Ex lib. ariſtotelis de iuuentute ⁊ ſenectute.

ſ Vrſum in homine eſt ſimile cum ſuo ſuꝫ in toto vniuerſo.
Cor primum fit in animali vnde ipſū eſt primū viuens ⁊ vltimū moriens.
Principium corporis vel ſenſus eſt in corde.
Locus medicus eſt locus principalis.



UVA. BHSC. IyR_108_2

Natura ſemper ex poſſibilibus facit quod melius eſt.

Coꝛ eſt principiũ naturalis caloris ⁊ vite animalis: vnde deſtructo codis calore deſtruitur ⁊ animal.

Vita conſeruatur per calidum ⁊ humidum.

Jeiunia calefacientia ſitim faciunt.

Ex lib. ariſtotelis de motibus animaliũ

o Mnis motus requirit aliquod fixum circa quod fiat.

Celum neceſſario eſt coꝛruptibile.

Mouens innatũ eſt appetibile.

Virtutes ſimiles: ſunt nõ paſſibiles adinuicez ſecundũ autem earuz exceſſus ſic patiuntur adinuicem.

Jd autem quod ſecũdũ ſe ⁊ ſimpliciter eſt imobile: a nullo poteſt moueri. vnde dicit homerus. Si omnes dii: omneſqz dee multum laboꝛarent. non mouerent Jouez ſummũ de celo in terram.

Mouens eſt pꝛius moto ⁊ generãs generato ſed nihil eſt pꝛius ſeipſo. ergo nihil generat ſeipſum vel mouet. ſed ſaluat.

Appetibile eſt pꝛimum mouens in animali: ⁊ eſt mouens non motum. ſed appetit⁹ mouet ⁊ eſt mouens ⁊ motum.

Quecũqz nõ ratiocinãtes operamur: velociter operamur.

Principium motus in animalib⁹ eſt in coꝛde vel eſt ipſum coꝛ.

Motus coꝛdis nõ ē volũtari⁹. ſed naturalis.

Extimandum eſt animal conſtare quemadmodum ciuitatem bene legibus rectã ⁊ munitam: principem eiusītereſſe ſingulis operationibus ciuitatis non eſſ neceſſe. quando .ſ. in ciuitate bene ſtabilitus eſt oꝛdo. ſic non eſt neceſſe animaz exiſtere in qualibet parte coꝛpoꝛis: ſed ī pꝛimo vno tñ. ſ. ī coꝛde. verũ eſt quantũ ad potentiã motiuam.

Propoſitiones vniuerſales ariſtotelis libri pꝛimi de animalibus.

q Vemadmodum pluma eſt in auibus: ſquama in piſcibus.

Omnia animalia que gignunt ſibi ſimilia: habent oculos preter talpam: que eſt priuata r oculis. ſecũdũ quod apparet quia non videt omnino. ſed ſi aliquis ſcindat coꝛiũ: quod ē ſuper loca oculoꝛum ſubtiliter: inueniet loca oculoꝛum eius.

Nobiliſſimum ⁊ altiſſimũ ⁊ apud nos notius ⁊ magis fixum animal: eſt homo.

Sicut omnia metalla: ⁊ omnia fruſtra auri ⁊ argenti ad ad aurum mundiſſimũ comparata manifeſtantur. ita diſpoſitiones omniũ animaliũ manifeſtanꝶ. cũ ad hominē cõparanꝶ.

Partes coꝛpoꝛis hominis create ſunt ⁊ poſite: ſcđm creationē ⁊ ſitum totius mundi.

Vmbilicus eſt radix ventris.

Jn cerebꝛo oĩno non eſt ſanguinis neqz vena

Non mouetur facies in aliquo animali niſi in homine.

Frons magna ſignificat ponderoſum: nõ declinantem ad ſtulticiam.

Frons parua ſignificat bonitatem motus.

Frons larga ſignificat prauitatē diſcretionis

Frons rotunda ſignificat iracundiam.

Omne animal habēs aures: ha et ipſas mobiles preter hominem.

Aures multum pꝛeminentes ⁊ magne: ſignificant ſtoliditatem ⁊ garrulitatem.

Sternutatio ſm ꝙ ſingunt omnes ē ſignum verificationis dicti.

Naſus elephãtis eſt longus ⁊ foꝛtis: et eo vitur loco manus in accipiendo cibum ⁊ potum: ⁊ alia neceſſaria quibus indiget.

Os colli leonum eſt continuũ.

Splen hominis ſimilis eſt ſpleni poꝛci.

Superioꝛ venter hominis. i. ſtomacus aſſimilatur ventri canis: inferioꝛ vero vētri poꝛci

Extremitas virge virilis dicitur pꝛeputium.

Situs coꝛdis ē in medio pectoꝛis: ſed in hoīe modicum declinat ad ſiniſtrã partem.

Secundi de animalibus.

b Entes canũ iuuenũ ſunt albi ⁊ acuti ſenum vero obtuſi ⁊ nigri.

Maſculi pluriũ dentium ſunt qz femine.

Dentes equi cum feneſcunt albeſcunt.

Omne quadrupes generans ſibi ſimile habz dentes.

Homo in comparatione coꝛpoꝛis ſui: habet paruum os.

Non eſt naturaliter vtens manu dextra ſicut ſiniſtra.

Simia vtitur manibus ſicut pedib⁹: quonia ʒ ſunt compoſite ex manu ⁊ pede.

Ale auiũ ſunt in eis loco manuũ.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Simia eſt mixte nature cõueniens nature ho/ minū: ꝛ quadrupedum.
Cornua omnū animalium ſunt vacua. preter cerui coꝛnua que ſunt dura: ꝛ non eſt in eis concauitas.
In mari ē quidaȝ piſcis qui dicitur nauitenēs quoniam ipſe prohibet nauim recedere po/ tentia naturali.

Tertij de animalibus.

o Spoſt abſciſionem non creſcit nec ſolidatur.
Oſſa leonis ita dura ſunt: ꝙ cum colliduntur reddunt ignem.
Propriū hominis eſt caneſcere in ſenectute.
Impubes caſtrati non barbeſcunt.
Lac animaliū habentiū multas mamillas non conuenit ad caſeum.
Omne aial multi ſanguinis ē multi ſeminis.
Omne corpus ſanguineū putreſcit cito.
In oſſibus leonis ꝛ porci: vel modica vel nulla eſt medulla.
O ē aial multe pinguedinis: ē pauci ſeminis.
Pō inter multa alia aialia ē multi ſeminis.
Lac ouis: vacce ꝛ capre: maxime eſt conueniens caſeo.
Lac mulierum nigrarū: melius eſt ꝛ pluris cibi ꝙ̄ albarum.
Coagulum leporis valet cōtra fluxuȝ ventris.
Nullū animal mutat coꝛnua preter ceruū.
Omne animal diuerſi coloris in pilis eſt etiam diuerſi coloris in corio.

Quarti de animalibus.

o Mnes piſces audiunt.
Omne animal carens pulmone caret voce.
Omnium animaliuȝ femine gracillioris ꝛ acutioris ſunt vocis ꝙ̄ maſculi preter vaccam.
Omne animal ſuū vocat cōparē tēpore coitus per ꝓpriā vocē: ſpecialiter aūt hoc facit rana
Vociferatio auiū magis eſt in tempore coitus
Gallus vociferat poſt preliū ꝛ victoriam.
Omne animal quod facit oua habet ea in matrice ꝛ non in ventre: quia ſi haberet in ventre digererentur ſicut cibus

Quinti de Animalibus.

o Mnia animalia naturaliter appetunt delectationem.
In annis nubilib⁹ mamille incipiunt igroſſari
Agnus vel aries ꝛ caper vnius anni coeunt ſiue generant: ſed debile quid generant.
Canis viuit vſqȝ ad trigintaquattuor annos.
Porcus viuit vſqȝ ad quindecim annos.
Canis ꝛ porcus. viii. menſium coeunt ſed debile quid generant.
Equus duorum vel triū annorū coit: ſed debile quid generat.
Fortis eſt a equ⁹ quattuor ānis vſqȝ ad viginti ꝛ coit vſqȝ ad triginta: Viuit autē vſqȝ ad quadrageſimū ſecundū annum.
Femina elephā is impregnata a maſculo: omnino non tangitur: poſt partum vero quieſcit vſqȝ ad terminū vite.
Leporis femina equitat marem in coitu.
Vir appetit coitū in hyeme mulier in eſtate.
Mutatio vocis eſt ſignū motus ad coitū.
Pediculi generāt lendes: ꝛ muſce vermes.
Columbe ouant ꝛ pullificant omni menſe ſi eſt locus ſue manſionis calidus: ꝛ cibus eorū paratus: alioquin. non. niſi in eſtate. ꝛ pulli eorū fiunt meliores in vere.

Sexti de animaliqus.

n Ulli animaliū accidit menſtruuȝ. ſicut mulieri.
Galline multū ouantes cito moriuntur.
Oua longiora ꝛ acutioris capitis procedunt mares. oua vero rotūda: ꝛ obtuſa feminas.
Gemelli inueniuntur in ouis: vbi ſunt duo citrina: vel vitella.
Maſculus columbe per diem: femina vero ꝑ noctē percubant oua.
Nulla aialia eiuſdē ſpeciei ſe comedunt.
In omnib⁹ aialibus eſt appetit⁹ ꝛ delectō coit⁹
Omne quadrupes magis deſiderat i vere coitum: ꝙ̄ in alio tempore.
Bonuȝ eſt ꝙ parētes corrigant filios ocioſos vt res ocioſas a ſe eiciāt. ꝛ ideo rectores apū ocioſos a ſe reiciunt.
Omnes piſces a principio ſue ipregnationis ſunt boni: oua vō eoꝝ ſūt parua ꝛ incipida

Septimi de animalibus.

t Urtures apparēt in eſtate non in hyeme: quia tunc manent in nido.
Similiter irundines vel latent in cauernis arborū: vel transferunt ſe ad loca calida.
Similiter vrſus latet per quadraginta dies abſconſus: vel transſert ſe.



UVA. BHSC. IyR_108_2

Piſces in pluuioſis temporibꝰ impinguātur

Piſces ſenes mali ſunt ad ſaliendum.

Lupi guloſe comedunt: ſine maſticatione ꝛ tā tū comedunt vno die ꝙ ſufficit per tres dies

Vacce dilligunt bibere aquam claram equi vero turbidam.

Saliua hominis ieiuni omnibus animalibus venenum habentibus contraria eſt.

Tempora pluuioſa nocent auibus: ſicca vero piſcibus.

Octaui de animalibus.

Apes i vere ꝛ autumno mellificant: ſed mel vernale melius et dulcius ac mundius eſt.

Natura dat vnicuiqꝫ quod ſibi cōueniēs eſt.

Ceruus eijcit cornua ſua vbi eſt graue ea inueniri: vnde dicitur in ꝓuerbijs: vade vbi ceruus eijcit cornua ſua.

Eiectis cornibus ceruus timet lupos: ꝛ ideo latet: ꝛ nocte vadit ad paſcua.

Mel meliꝰ eſt ex cera noua: ꝙ̄ ex cera veteri

Mel bonum ſimile eſt auro.

Cibus apum eſt mel tempore noctis.

Vniuerſales maſculi fortiores ſunt femellis: preter vrſum ꝛ leopardum.

Mulier melioris eſt pietatis ꝛ compaſſionis ꝙ̄ vir. ſed maioris inuidie: ꝛ diligit lites: ꝛ malicioſior ē: ꝛ de facili decipitur.

Nulla femina recipit coitum poſt impregnationem: niſi mulier ꝛ equa.

Cauſa maſculi eſt digeſtio ſeminis. Cauſa vero femine indigeſtio eiuſdem.

In coeuntibus voces mutantur.

Grues rectorem: qui ceteris dormientibꝰ excubat capite eleuato habent.

Vultur mali moris eſt: clamoſus ꝛ famelicus ita ꝙ in fine vite moritur fame.

Mortuo delphine: mulli de ſpecie delphinoꝝ concurrunt: ꝛ defferunt eum in profundo: ꝛ cauentes ne a piſcibus comedatur ſepeliunt eum.

Apes habent regem: qui non exit aluearе niſi cum omnibus apibus.

Cum fatigatur rex apum ſuo volatu: fert ipſū turba apum.

Noni de animalibus.

Generatio filiorum non ē cōueniens niſi poſt tria luſtra annorum.

Mares multum ſatuientes: ſeneſcunt cito.

Impregnatio accidit mulieribus naturaliter poſt menſtruum.

Femine poſt partum cito creſcunt: ꝛ ſm hoc efficiuntur veteres ſiue vetule.

Mulieribus tempore partꝰ accidit fortis calor

Menſtruū in mulieribus ceſſat poſt quadraginta quatuor annos: in aliquibus vero remanet vſqꝫ ad quinquaginta annos.

Decimi de animalibus.

Omne quod habet eaſdeꝫ cauſas: habet eadem accidentia.

Oculi quando accipiūt albam rem ꝛ lucidam lachrymantur.

Mulier doloroſa ꝛ infirma: ſi īpregnatur fetus vel ſemen corrumpitur.

Mulieres lactantes omnino non menſtruantur vel modicum.

Vndecimi de animalibus.

Et ratione prudentis auditoris ē indicare ſuper ſermones dicentis ꝛ audientis.

Debemus inſpicere formas: ꝛ delectari in artifice qui fecit eas.

In omnibus animalibus ꝛ naturaliter vilibꝰ eſt aliquid delectabile vel mirabile.

Magis concupiſcimus ſcire modicum de rebus honorabilibus ꝛ altiſſimis: licet nō ꝓbabiliter id ſciamus: ꝙ̄ ſcire multum ꝛ per certitudinem de rebus minus honorabilibus ꝛ vilioribus vel vulgaribus.

In quolibet rerū genere: neceſſe eſt conſiderare cōmunia ſeorſum: ꝛ poſtea ꝓpria vniuſcuiuſqꝫ illius generis.

Natura ē ſicut motor: ꝛ complementū rerum

Natura cuiuſlibet eſt conueniens rei ad quaꝫ eſt preparata.

Nullū ens naturale natum eſt eſſe ocioſum.

Vir in omnibus animalibus ē nobilis.

Creatio corporis ꝛ membrorum: eſt propter animam.

Duodecimi de animalibus.

Principia elementorum ſunt calidūꝫ frigidum humidum ſiccum: et hec ſunt cauſe vite ꝛ mortis. Somnij ꝛ vigilie iuuētutis ꝛ ſenectute ſanitatis ꝛ egritudinis

Corpora dura quando calefiunt: magis calefiunt ꝙ̄ corpora humida.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Ignis infrigidari non poteſt.
In rebus viuentibus frigidum non eſt natura ſed priuatio.
Inſtrumentum ſenſus tactus: eſt caro: dicitur tamen poſtea: ꝙ non ē primū inſtrumentū caro ſed aliquid infra carnem.
Principium ſenſus animalis ē in corde.
Senſus tactus ⁊ guſtus: continui ſunt in corde. Tres vero reſidui ſunt in capite.
Omne aial habens ſanguinē habet cerebrū.
Homo corporis ſui comparatione: habet maius cerebrū ⁊ caput aliis animalibus.
Creatio capitis eſt propter cuſtodiā cerebri.
Creatio lingue ē ad ſermocinandū ⁊ guſtandum humiditates.
Medulla eſt ſuperfluitas cibi ⁊ ſanguinis: et ex ea cibantur oſſa: ⁊ ſpine animaliū: ⁊ propter hoc eſt retenta inter oſſa.
Animal multe pinguedinis ſeneſcit cito: ⁊ parum generat.
Cerebrum ē valde frigidum magis omnib⁹ membris: ⁊ contrariū eius ē calor cordis: quia non pōt eſſe aliquod membrum in aliqua complexione per ſe: ſine cōtrarietate alterius: ⁊ ideo immaginata eſt natura ponere cerebrum in oppoſitum cordis.

Tertijdecimi de animalibus.

Si ē poſſibile eſſe vnā radicem: melius ē eſſe vnum principiū ꝙ̄ multa. v

Natura non facit niſi quod melius eſt ⁊ perfectius ex rebus poſſibilibus.
Calor naturalis regit corpus: ſicut princeps regnum.
Homo ſolus recipit titillationem: quia coriū habet valde tenue.
Omne animal cornutū caret dentibus in ſuperiori mandipula.
Natura non dat membra conuenientia vigori: niſi in animalibus indigentibus illis: vt aculeum vngues ⁊ cornua.
Femine ceruorum nec dentes ſuperiores nec cornua habent.
Cornua ſunt creata ꝓpter vigorē ⁊ iuuamētū
Aues loco dentium habent roſtrum.
Principium vite ⁊ omnis motus ⁊ ſenſus: a corde eſt.
Vene pertranſeunt per omnia membra corporis: ſed non tranſeunt per ipſum cor. ergo ipſum eſt principium venarum.
Sanguis non venit ad cor ex alio loco quod dico. quia ipſum fons ⁊ origo eſt ſanguinis ⁊ principium membrorum recipientium ſanguinem
In omnibus animalibus habentibus ſanguinem eſt epar ſicut ⁊ cor: non tamen epar eſt principium cordis nec ſangunis vel venarum quia bene pertranſeunt epar: ergo non oriuntur ab epate.
Cor ſolū inter omnia membra a interiora nō patitur dolorem.
Animal magni cordis naturaliter pauidum ē vt eſt lepus quia calor talis animalis nō pōt totum ſuū cor implere: ⁊ ſic eſt debilior: vn̄ accidit ſibi timor.
In nullo membro ſanguis eſt extra membra ſiue venas: preter quam in corde.
In homine cor declinant ad ſiniſtram partem cū i ceteris animalib⁹ ſit ſemper in medio.
Cor ⁊ cerebrum indigent multa cuſtodia. qr in eis precipue eſt virtus vite.
Cerebrum ē membrū diuinū: in quo eſt operatio ſenſus ⁊ intellectus.
Epar eſt in animali ad excoquēdū ⁊ digerēdū
Pulmo ē inſtrumentum anhelitus.
Pulmo poſitus ē circa cor: ⁊ ē mollis: leuis: concauus: ſpongioſus: ⁊ ſpumoſus.
Splen eſt quaſi epar impurum.
Splen ē in animalibus: nō neceſſario: ſed accidentaliter: quia ſimile eſt ſuperfluitati.
Dolor renum hominis: difficilis eſt curare
Ren dexter: altior eſt ſiniſtro.
Ren dexter minoris piguedinis ē ꝙ̄ ſiniſter
Motus pinguedinem diſſoluit.
Aues non emingunt: habent tamen veſicam quia parum bibunt: ⁊ quod ſupereſt tranſit in plumas. Similiter nec piſces: quia quod ſupereſt tranſit in ſquamas.
Sudor ſit a natura quando caleſcit corpus: et aperiuntur ora venarum.

Quartadecimi de animalibus.

m Modica alteratio in membro principali: facit multam alterationem in toto corpore.

Animalibus propter timorem accidit effuſio ventris ⁊ vrine.
Auibus natantibus poſuit natura corium in/

UVA. BHSC. IyR_108_2

ter digitos pedum: in aliis vero non.

Auibus piſcantibus collum eſt ſicut arundo. ideſt linea piſcationis. roſtrum ſicut hamꝰ ē

Ale veſpertionis mēbratiles ſunt.i.de corio: ⁊ ſunt diſtincte.

Delphin non habet fel: neqꝫ cor.

Carentia fellis eſt cauſa boni caloris: nam vtitur quibuſdam ſuperfluis ad iuuamentum.

Cauſa ventris eſt propter cibum: vt digerat.

Quia homo eſt pluris intellectus ſuper cetera animalia. ideo habet manus.

Manus non eſt inſtrumentū vnum ſed multa: qꝛ ea plus poteſt vti homo quam ceteris menbris. ⁊ quam aper aculeis. ſerra dentibus. vrſus vnguibus. ⁊ equus ſolea. ⁊ ſic de ceteris.

Vigor pollicis equalis eſt vigori quattuor digitorum.

Operatio manuum eſt accipe ⁊ retinere. pedū vero ſuſtentare ⁊ fugere.

Homo non habet caudam: nec vllum quadrupes habet anchas quia ergo homo hꝫ āchas cauda caret.

Quadrupedia nata ſtatim ſe erigunt: homo vero nō ꝓpter pondus capitus. qꝛ ponderoſius ē ſuis inferioribus.

Virga virilis inter omnia alia membra creſcit ⁊ diminuitur ſine ſui leſione.

Quintidecimi de animalibus.

c Auſe naturale in rebus ſunt forma: finis ⁊ efficiens.

Infinitum natura reſpuit.

In prima etate ⁊ in ſeniori: ⁊ in infirmis non eſt ſperma.

Hoīes valde natura pingues: raro generāt.

Sperma eſt ſuperfluū nutrimenti.

Sperma mulieris nō ē cōueniens generatiōi

Fetus non fit ex permixtione duorū ſpermatum: vnde ⁊ mulier impregnatur ſine effuſione ſpermatis ⁊ ſine delectatione.

Mulier eſt conueniens ad generationem ſm naturam menſtrui ⁊ non ſcdm naturā ſpermatis: qđ ipſae mittit in coitu ꝓpter delectationem: quod vere eſt humidū: ſed non eſt vere ſperma: vnde nec omnibus mulieribus concipientibus accidit: vt ſemper eijciant ſperma.

Sperma non eſt generati pars: ſed ſicut motor ⁊ forma. vnde non poteſt dici: ꝙ ſperma fit pars concepti: ſicut non pōt dici ꝙ carpētator fit pars materie ligne.

Omne animal differens ſpecie a generantibꝰ naturaliter ſterilis ē: ſicut mulus et burdo.

Et mare ē principiū motus in generatione: femina vero ē ſicut materia.

Mas ſm diffinitionem ē qui pōt generare in alio: femina vero que pōt generari in ſe: vꝉ potius que generat ab alio.

Vir dat formam ⁊ principiū motus generato femina vero corpus in materiam.

Natura in coitu ex mare ⁊ femina facit vnū: ideo ex eis fit vnum.

Femina non generat per ſe: quia indiget principio motus quod eſt mas.

Caſtratorū corpus nō ſolum exterminatur: ſꝫ etiā animus: adeo vt parū differt a feminis

Quando abſciduntur teſticuli cōtrahuntur vene ſuperius ad poros. ⁊ propter homo animal caſtratum: nō eſt aptum facere filios.

Sextidecimi de animalibus.

p Erfectius animaliū eſt naturaliter id quod ē maioris caloris: ⁊ humiditatis: ⁊ quod non ē tereſtre.

Calidū ⁊ humidum ſunt cauſe vite.

Pars terreſtris valde remota ē ab animatōe

Anima nobilior eſt corpore: ⁊ animatū inanimato: ⁊ viuū mortuo: ⁊ ens non ente.

Anima nutritiua in concepto ⁊ in ſemine eſt potentia: ſed non actu. ⁊ ſimiliter anima ſenſitiua eſt in eo in potentia: ergo eſt ipoſſibile vt anima nutritiua ⁊ ſenſitiua intrēt in nos ab extrinſeco.

Solus intellectus intrat in nos ab extrinſeco ⁊ ipſe ſolus diuinus eſt.

Cum ſperma fū exit ſpiritus qui eſt virtus principalis anime ⁊ eſt ſeparatus a corpore. ⁊ talis dicitur intellectus.

Calor ſolis ſiue aliorum planetarum ⁊ animalis eſt in ſpermate ⁊ i qualibet alia ſuperfluitate nature.

Calor animalis nec ignus: ne igneus. quia calor animalis generat animalia ignis vero corrumpit ipſa.

Corpus animalium eſt ex forma. anima vero ex mare.

Anima eſt ſubſtātia. i. femina ſuſtantialis cor

UVA. BHSC. IyR_108_2

poris.

Femina eſt mas occaſionatus vel occaſio da/ta vel nata.

Quando homo ſutuit vel ſuerit multi coitꝰ debilitatur eius viſus.

Caput creatur in generatione poſt creationem cordis

Natura eſt ſicut rectificator ⁊ rector.

Genus mulorum totum ſterile ē.

Mula nõ generat omnino. quia non poteſt ci/bare conceptum quouſqꝫ compleatur.

Poſſibile eſt vt mula impregnetur: ſed raro eſt viſum in tempore preterito. quia non poteſt cibare.

Embrio primo viuit vita plante: deinde animalis: poſtea hominis.

## Decimi ſeptimi de animalibus.

q Uãto natura diminuit multitudinē: tanto agumentatur. in magnitudine

Ars eijcit ſuperfluū a corpore: ſimiliter ⁊ natura.

Omne quod facit natura eſt ſecūdū ordinem.

Natura humidi conuenientior eſt in creatione quã terra.

Primuꝫ quod generatur ex membris eſt cor.

Auis parui codis eſt multi coitus ⁊ multoruꝫ ouorum. quia cibus tranſit in ſperma:

Arbores que multum fructificant: cito deſicā tur quia. cibus earum tranſit in ſemen.

Oua non conueniunt conceptui ſine ſcientie maris.

Oua auium duos habent colores. ſ. album ⁊ citrinum. oua vero piſc s vnum tantum.

Principiuꝫ generationis pulli eſt ex albo oui quia principiuꝫ anime in calido eſt cibꝰ aūt eſt ex citrino. i. vitello.

Natura ponit auibus cibum in ouo. ſ. vitellū: quemadmodum animalibus lac in mamilla:

Generatio animaliuꝫ ex ſua ſpecie eſt diuerſa.

Quedam enim animalia generant animal cõpletum. vt animalia habentia ſoleas: quedã vero generant animal incompletum. vt animalia ſciſi pedis multa ſciſura. quedam ge/nerant oua. vt piſces qnedam generant vermes: ꝫ paulatim compelluntur in ſua ſpecie. vta pes.

Accidit hominibus ⁊ quadrupedibus coitum deſiderantibus ad tactum: ⁊ viſum. ſubito ſpermatizare.

Quod in animalibus eſt intelligentius magis habere ſolicitudinem circa filios non eſt conſuetudo ꝙ mares ſollicıti ſint circa filios ſed femine.

## Decimi octaui de animalibus.

n Atura dat operationem ⁊ inſtrumentum ſimul. quia nõ poteſt eſſe viſus ſine oculis nec oculis ſine viſu.

Omnia debiliora ⁊ meliora totius veniunt ad complexionem tm̄.

Sol facit eſtatem ⁊ hyemem omni anno.

Spacia impregnationis ⁊ vite animalium. ſūt ſecundum reuolutionem lune.

Viri multorum pilorum ad coxas: ⁊ a parte īferriori. ſunt multi coitus.

Ciuibus animalium non eſt niſi dulce: ⁊ val/de digeſtum.

Quod eſt modicum cito digeretur.

Materia ex qua eſt generatio. eſt eadem cum materia ex qua cibatur.

Si homo habeat ſimul membrum maris ⁊ femine vnum illorum eſt principale: aliud vero non principale.

Mulier ⁊ equa ſuper omnes feminas diligūt coitum.

In hominibus citius formantur in ventre mares ꝙꝫ femine.

Femina eſt contraria mari naturaliter.

Animalia magni corporis vnum generant fi/lium. Parui autem corporis multos gene/rant filios: qr in magnis aïalibus cibꝰ mãſit in nutrimentum corporis. ⁊ modicum ſper/ma remanet in eis.

Ex vno coitu ſpernatizabitur vnum ſperma ⁊ cum diuiditur ſperma multum: generabuntur filii multi.

Menſtruum mulieri magis accidit in diminutione lune. quia illi dies frigidiores ſūt aliis diebus menſis propter diminutionem lune

Femine debiliores ſunt maribus: quia ſunt frigidioris nature.

In animalibus generantibus multos filios: plꝰ accidit filij mõſtruoſi ⁊ maxme in auibꝰ

## Decimi noni de animalibus.

ſ Omnus eſt in concepto in prima ſui creatione: ⁊ non vigilia: ſed non eſt vere ſomnꝰ: ſed res ſomno ſimilis.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Embrio in prima ſui creatione viuit vita: ſimili vite plante.

Pili decaluati non redeunt. folia arboribus: ⁊ plume auibus redeunt: q2 caluities earum eſt propter mutationem temporum. quoruꝫ reditus circularis eſt.

Hoies tm̄ calueſcūt: ⁊ nō alia aialia. q2 habent cerebrū valde humidū: ⁊ frigidum: alia nō.

Homo calueſcit tantum in anteriore parte capitis. quia ibi eſt cerebrum multū humiduꝫ ⁊ magis frigidum.

Non fluunt folia ab arboribus in quibus eſt humor pinguis.

In aliis animalibus color pilorū eſt ſecunduꝫ colorem cutis. in homine vero nō. q2 quidā homines habent corium valde albū ⁊ pilos nigros. ⁊ cauſa huius eſt. qui cutis hominis eſt valde tenuis reſpectu aliorum animaliū. ⁊ ideo non mutat materiā pilorum.

Animalia comedentia multos cibos: diuerſificantur in colore.

Multa animalia ex infirmitate vel alia cauſa: mutant colores ſuos.

Jam eni viſus eſt coruus alb⁹. ⁊ paſſer niger ⁊ albus. ⁊ vrſus albus.

Digeſtio fit ex calore.

Oculus preeminens non bene videt a remotis. ſed oculus profund⁹ bene videt remota quia eius motus non diuiditur nec cōſumit̄

Acumē vel bonitas ſenſus dicit̄ duob⁹ modis vel in ſentiendo remote. vel in diſcernendo ſubtiliter differentias ſenſibiliū.

Viſus auditus ⁊ odoratus: in homine debiliores ſunt. q̄ꝫ in aliis quibuſdā animalibus in ſentiendo remote. in diſtinguendo vero differentias ſenſibilium: longe certiores: ⁊ fortiores ſunt in eo: q̄ꝫ in in aliis.

Somnus videtur eſſe medium inter viuere ⁊ non viuere.

Puberes plus delectant̄ in coitu q̄ꝫ cetere alie etates: ⁊ quanto plus aſſueſcunt: tanto plus appetunt.

Coitus infrigidat.

Cerebrū eſt magis frigidū q̄ꝫ totū corpus.

Ex libro. Ariſtotelis de proprietatibus elementorum.

t Erra ē frigida ⁊ ſicca. Aqua frigida ⁊ humida. Aer calid⁹ ⁊ humid⁹ Ignis calidus ⁊ ſiccus.

Terra eſt inferius elementum: Super terram aqua. ſuper aquam aer. ſuper aerem ignis.

Luna eſt inferior planetarum. ſupra lunā mercurius. ſupra mercuriū Venus. ſupra venerem Sol. ſupra ſolē mars. ſupra martem Jupiter. ſupra iouem ſaturnus. ſupra Saturnū orbis ſtellarum fixarum.

Nullum animalium aptū natum eſt ducere vitam in puro elemento.

Omne pingue ſupernatat ꝓpter dominiū aeris quod eſt in ipſo.

Anima infunditur corpori iuſſu dei.

Corpora celeſtia motu ſuo generāt calorē.

Corpora celeſtia non ſunt apta nata facere ſonū vt aliqui dixerunt.

Fluxus ⁊ refluxus maris ſequitur motū lune.

Celū eſt elementum quintuꝫ .i. corpus quinte eſſentie differens ab eſſentia quattuor elemētorum inferiorum.

Permutatio ſtellarum in diuerſis ſignis ſup ſeptimum clima eſt cauſa fertilitatis ⁊ ſterilitatis annorum.

Permutatio lune fit in omnib⁹ duob⁹ dieb⁹.

Permutatio veneris ⁊ mercurii in omnibus decem menſibus.

Permutatio ſolis fit i omni anno. Martis in duobus menſibus. Jouis in. xii. anni. Saturni in xxx. annis.

Stelle fixe permutantur in omnibus centum annis vno gradu.

Celi ſtellati reuolutio debet eſſe in xxxvi. milibus annis.

Orbis celeſtis nec generalis nec corruptibilis eſt: ſed ipſe eſt cauſa generationis ⁊ corruptionis iſtorum inferiorum.

Cauſa calefactionis aquarum eſt: quia ipſa currit ſuper mineras ſulfureas.

Ventus cauſat̄ ex vapore terre ſicco.

Infectio aeris ſepe contingit ex vapore venenoſo draconū ſicut contingit in montib⁹ armenie tempore philippi regis grecorum.

Cauſa ardens vulcani montis eſt: quia aqua currit per mineras ſulfureas ipſius rationabilit̄ aūt aqua calefit. ⁊ fumat: ⁊ ignē emittit

Ex libro proculi de cauſis

o Mnis cauſa primaria plus influit ſup ſuum cauſatū q̄ꝫ cauſa ſecundaria.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Quicq̄d poteſt cauſa ſecundaria: pōt ꝛ cauſa primaria nobiliori ꝛ altiori modo.
Quicq̄d eſt cauſa cauſe: eſt cauſa cauſati.
Ois aīa nobilis tres habet operationes: q2 in ea ē operatio aīalis: intellectualis: ꝛ diuina.
Prima cauſa rerū creaturarū eſt eſſe.
Cauſa prima: ſuperior eſt omni narratione.
Cauſe ſecundarie illuminantur a lumine cauſe prime.
Intelligētia eſt ſubſtātia que nō diuiditur.
Omnis intelligentia fixa ꝛ eius eſſentia ē per bonitatem puraꝫ que eſt cauſa prima: vnde cauſa prima eſt pura bonitas.
Prima cauſa non habet hyliacon.i.aliq̄d materiale: ꝛ oīs intelligētia ꝛ aīa habēt hyliacō
Omnis intelligētia eſt plena formis.i.ſpeciebus intelligibilibus.
Quanto aliquid eſt propinquius prime cauſe tanto eſt ſimplicius.
Ois intelligētia intelligit eſſentiam ſuam.
Quicquid recipit̄ in aliquo: recipitur per modum rei recipientis: ꝛ non rei recepte.
Ois virtus vnita plus eſt q̄ꝫ multiplicata.
Cauſa prima res creatas regit oēs: preter q̄ꝫ cōmiſcentur cum eis.
Prima cauſa influit bonitatē ſuā oīb⁹ rebus vna influxione: ſed res non recipiunt illam bonitatem omnes equaliter: ſed ſ̄m capacitatem ſue nature.
Cauſa prima eſt diues per ſe: ꝛ non eſt magis diues ſeipſa.
Cauſa prima eſt ſuper omne nomen quod nominari poteſt.
Omnis intelligentia diuina ſcit res: per hoc ſit q̄ ipſa eſt intelligentia: ꝛ regit eas ꝑ hoc qḋ eſt diuina: vnde habemus q̄ regere eſt diuinum.
Cauſa prima cōſiſtit in omnib⁹ reb⁹ ſ̄m vnaꝫ diſpoſitionē: ſed res oēs nō exiſtūt in ꝑma cauſa: ſ̄m vnā diſpoſitionē: ſed ſ̄m multas
Nullū agens cuius ſubſtantia eſt in tempore: agit in non tempore.

Propoſitiones Ariſtotelis libri primi ethicoꝝ.

o Mnia bonum appetunt.
Cognitio finis vtilis ē in arte ſicut ſignum ſagitte.
Vnuſqſq; bene iudicat que cognoſcit: ꝛ horū eſt bonus iudex.
Nihil differt etate puer ꝛ moribus puerilib⁹.
Bonū ciuitatis quanto magis vel cōmunius: tanto diuinius.
Conſcij proprie ignorantie admirantur homines ſcientes.
Sermones inquirendi ſunt ſ̄m materias de quibus ſunt. Idem dicit ſecundo.
In fortunitas virtus refulget.
Duobus amicis exiſtentibus ſanctum eſt honorare veritatem.
Honor maior eſt in honorāte q̄ꝫ in honorato.
Felicitas eſt operatio aīe ſ̄m perfectā virtutē.
Sicut vna irūdo non facit ver: nec vna calida dies: nec modicum tempus facit eſtatem.
Nec vna virtus virtuoſum hominē facit: ſic nec vna dies: nec modicum tempus facit hominem felicem.
Principia maxime valent ad conſequentia.
Principiū plus q̄ꝫ dimidiū totius eſt.
Bona anime ſunt maxime bona.
Omnia vero conſonant.
Vnicuiq; id delectabile eſt quod amat.
Melius eſt huius rei q̄ꝫ poſſeſſio: ꝛ hoc non ſemper: ſicut patet in beatis.
Impoſſibile eſt indigentē operari bona.
Non oīno felix eſt: q ſepiſſime turpiſſim⁹ eſt.
Honor eſt principium virtutum.
Felicitas eſt premiū virtutis.
Felix eſt ſine vituperio ſicut tetragonus.
Finē honoramus laudam⁹ ea q̄ ſunt ad finē.
Felix nō differt a miſero niſi ꝑ dimidiū vite.
Nullus eſt bonus vel mal⁹ per ſōnū.
Ille male ſoluit: qui falſitatem propoſitionem non oſtendit.
Ratio ſemper deprecatur ad optima.

Secundi ethicoꝝ de virtute in generali

X actu multotiens iterato fit habit⁹.
e Non parum differt ſic vel ſic a iuuētute aſueſci: imo multū.
In obſcuris apertis teſtimonijs oportet vti.
Exercitiū tēperatum: conſeruat ſanitatem.
Fortiter comedere: facit fortiter digerere.
Circa voluptates ꝛ triſticias ē moralis virt⁹.
Medicine fiunt per contraria.
Circa difficilia: ars ſemper fit ꝛ virtus.
Tria ſunt in aīa: paſſiones: potentie ꝛ habit⁹.
Virtus non eſt paſſio: quia ſ̄m paſſionē: nec laudamur: nec vituperamur.
Virtus non eſt potentia: quia potētes ꝑ natu/

UVA. BHSC. IyR_108_2

rā ſum⁹: boni aūt ⁊ mali non ſum⁹ p naturā
Virtus eſt habitus: quia habentem perficit: ⁊ opus eius bonum reddit.
Omnia autem vel rei vel virtuti conſonant.
Quies enim ē ſomnus ſm ꝙ dicitur tedioſa et praua.
Virtutes eſt habitus electiuus i mediocritate exiſtens quo ad nos determinata ratione: ⁊ vt vtiqꝫ determinabit ſapiens.
Omnis virtus conſiſtit in medio.
Virtus certior eſt ⁊ melior omni arte.
Malum eſt facile: ⁊ bonum difficile.
Facile non eſt attingere mediū: ſed ipſum at/tingere difficile eſt.
Operationes ſunt circa ſingularia.
Difficile eſt eſſe bonum.
Virtuti debetur laus.
Medium in omnibus eſt laudabile.

Tertii ethicorum de voluntario bono: ⁊ de fortitudine: ⁊ de temperantia.

v Iolentum eſt cuius principium eſt extra non conferente vim paſſo.
Melius eſt mori quam facere contra bonum virtutis.
Ignorantia excuſat peccatum.
Conſilium non eſt de fine: ſed his que ſunt ad finem.
Quod primum eſt in intentione: vltimum eſt in execucione.
Homo eſt principium ſuarū operationū.
Bonum voluntarium eſt id quod ſimpliciter bonum eſt.
Bonus: ſingula cum ratione iudicat.
Nullus eſt bonus nec beat⁹: nolēs ſiue dolēs
Nos ſumus domini imperationum noſtrarū a principio vſqꝫ ad finem.
Qualis vnuſqſqꝫ eſt talis ſibi debetur finis.
Terribiliſſimum omnium: eſt mors.
Fortitudo eſt aggreſſio terribilium vbi mors iminet propter bonum commune ſaluandū.
Milites primo fugiunt. ciues vero permanētes ſunt ⁊ moriuntur.
In repentinis cognoſcitur habitus.
Deſiderium diſcipuli oportet eſſe ſecundum preceptum doctoris.
In naturalibus deſideriis: pauci peccant.

Quarti ethicorū de liberalitate: ⁊ magnificētia ⁊ magnatorū honore: māſuetudine verecundia: ⁊ malicia:

l Aus ⁊ gratiarum actio debetur danti ⁊ non accipienti.
Maior virtus eſt bona operari quā turpia non operari.
Virtuoſus bene vtitur quibuſcunqꝫ.
Dare non recipere liberalitas eſt.
Pulcritudo ſemper in magno corpore eſt. vn̄ parui formoſi poſſunt dici non autem pulcri
Maximum bonorum exteriorū eſt honor.
Prauus: honore non eſt dignus.
Honor eſt premium virtutum.
Solus bonus honorandus eſt ſecūdū virtutē.
Virtuti perfecte: non fit condignus honor.
Iraſci in quibus non oportet: inſipientis eſt.
Non iraſci in quibus oportet inſipientis eſt.
Iniuriantem ſuſtinere ſeruile eſt: ſeruilem deſpicere ſeruile eſt.
Decipere eſt ſeruile malum.
Malum ſeipſum deſtruit.
Malum ſi integrum eſt importabile erit.
Qualis vnuſquiſqꝫ eſt: talia dicit: ⁊ talia operatur ⁊ taliter viuit.
Omne mendatium: prauum eſt ⁊ fugiendū.
Verum: bonum eſt ⁊ laudabile.
Verax eſt laudandus. ſed mendax eſt vitupe/randus.
Iactator: iuſtiſſime ⁊ maxime vituperād⁹ eſt
Reges ⁊ ludus in vita: videtur eſſe neceſſaria
Verecundia eſt timor vigilationis.
Verecundia nō ꝯuenit omni etati: ſed tantū iuuenili. vnde iuuenes verecundos laudamus. ſenem autem verecundum: nullus laudabit.

Quinti ethicorum: de iuſtitia.

ſ I vnum oppoſitorum dicitur mulpliciter: ⁊ reliquum.
Que ſimpliciter ſunt bona hominibus pro his horant et illa querunt ipſi.
Preclariſſima virtutum eſt iuſtitia nec heſpe/rus: nec lucifer eſt ita admirabilis.
Principatus virum oſtendit.
Peſſimus eſt qui non ſolum vtitur malicia ad ſe: ſed ad alium.
Optimus eſt qui non ſolum vtitur virtute ad ſe ſed ⁊ ad alios.
Duplex eſt iuſtitia. ſ. totalis ⁊ partialis. partialis eſt duplex. ſ. commutatiua ⁊ diſtributiua

UVA. BHSC. IyR_108_2

Singulare ẽ quod nõ natũ ẽ eſſe in pluribus: vniuerſale vero ſic: vt homo quidam vniuerſale: plato vero particulare.

Enunciare vniuerſaliter ẽ: vt omnis homo ẽ nullus homo ẽ: particulariter vero aliquis homo ẽ: aliquis vero non.

Hoc ſignũ omnis nõ ẽ vniuerſale: ſignificat tamen vniuerſaliter. i. ſignificat qđ aliquis terminus teneatur vniuerſaliter qđ ſic nõ ẽ

Nulla affirmatio erit vera in qua predicať vniuerſale vniuerſaliter ſumptum.

Oppoſitio que ẽ inter vniuerſalẽ τ particularẽ de oppoſitis qualitatibꝰ ẽ contradictoria.

Vniuerſalis affirmatiua τ vniuerſalis negatiua in eiſdẽ terminis opponũtur cõtrarie.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Omnes propoſitiones que ſunt cõtradictorie ſiue ſint i terminis vniuerſalib⁹ ſiue ſingularib⁹: ſi vna ē vera ⁊ alia erit falſa: ⁊ ecõtra
Nõ ē idē dicere: hõ nõ ē albus: ⁊ nemo ē alb⁹
Vni affirmationi vna negatio eſt oppoſita.
Omnis enuntiatio eſt vna que ſignificat vnū de vno ſiue vniuerſale ſiue non vniuerſale.
Ad vnitatem enuntiationis non ſufficit attribuere vnam vocem vni voci: ſed requiritur ꝙ vox cui fit attributio tantum vnum ſignificat ⁊ non multa.
In propoſitionibus de preſenti ⁊ de preterito oppoſitis neceſſe eſt tam in vniuerſalibus: ꝗ͂ in particularibus ꝙ vna ſit vera ⁊ alia falſa.
De futuris ſingularibus. ſ. in materia contingenti: non eſt determinata veritas.
Non omnibus affirmatio vel negatio de futuro eſt vero vel falſa.
Nõ omnia veniunt ex neceſſitate. ſed multa fiunt a caſu ⁊ ad vtrunq;
Non vtraq; pars eſt falſa in propoſitionibus de futuro in materia de contingenti.
Propter noſtrū affirmare vel negare: nihil ſequitur in re.
Nos videmur eſſe principium futurorum: ex eo ꝙ conſiliamur. ⁊ agimus aliquid.
Quecunq; poſſunt fieri ⁊ non fieri illa de neceſſitate nõ eueniunt.
Duplex eſt neceſſitas. ſ. abſoluta ⁊ cõditionata
Omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe: ⁊ omne quod non eſt quãdo non eſt. neceſſe ē non eſſe: ſed non omne quod eſt eſſe ſimpliciter eſt neceſſe.
Non eſt neceſſe omnes affirmationes vel negationes oppoſitarum: hanc quidem verā illam autem falſam.

Secundi periherminias.

Omnis enunciatio ſignificat aliquid de aliquo.

Preter nomen ⁊ verbum ⁊ innominabile. nulla eſt affirmatio vel negatio.
Innominabile nõ ē nomen: ſ; infinitū nomē ſicut non currit extra enunciationem non ē verbum: ſed infinitum.
Caſus verbi cõſignificant tempus.
Prima ē affirmatio: deinde negatio.
Hoc verbum ē quandoq; predicat̃ ſm adiacens: vt dicendo de⁹ eſt: quãdoq; tertiū adiacens: vt dicendo deus ē bõ: ⁊ tūc dupliciter dicūtur oppoſitiones: quare q̃tuor erūt: quarū quidē due ad affirmationē ⁊ negationem ſeſe habent: ſm cõſequentiā vt priuationes: due vero minime: dico aūt quoniā ē aut iuſto. i. predicato finito adiacebit: aut nõ iuſto. i. predicato infinito.
Omnis non ſignificat vniuerſale: ſed quoniā vniuerſaliter.
Termin⁹ infinit⁹ nõ ē propoſitio negatiua.
Tranſpoſita noīa ⁊ verba: idem ſignificant.
Omnis interrogatio dyaletica petit vnā reſponſionē. ſ. qꝺ altera pars ꝯtradictiōis ꝯcedat
Queſtio quidē non ē interrogatio dyaletica: ſed demonſtratiua.
Ad interrogationē dyaleticā pōt per vtrāq; partem contradictionis reſponderi.
Eorū que predicant̃ ⁊ de quibus predicantur que ꝓdicant̃ ſm accidens: vł ambo de eodem ſubiecto: vel alterū de altero: vel aliqꝺ eorū includit̃ in alio: vel idem ſic repetitum in vtroq; diuiſoꝝ: hoc non erit vnū. i. ex talibus diuiſis non ſequitur cõiunctū.
Quando in adiecto aliqđ oppſitoꝝ ineſt: que cū ſequit̃ contradictio: nõ verū ē ſed falſum: vt hominē mortuū: hominē dicere: quãdo aūt nõ ineſt: verū eſt: nec ſemp verū eſt dicere de aliquo ſimpliciter: vt quendā hominē: hominē: ⁊ quendā albū hominē albū: nõ ſemper tamē: q2 non valet. homerus eſt aliquid vt poeta: ergo eſt: quia eſſe predicat̃ de homero ſm accidēs: qm̄ vt poeta eſt.
In quantiſcūq;. i. in omnibus predicatis: qñ ibi nõ ē aliqua oppoſito: qꝺ patet ſi ponãtur diffinitiones ꝓ nominib⁹ predicant̃ ſm ſe ⁊ nõ ſm accidēs. i. nõ ſm aliquid extraneū ſue proprie ratiōis: in hijs ⁊ ſimpliciter erit verum dicere. i. diuiſim: ſiue a coniunctis ad diuiſa arguere.
Opinio: nõ eſt eius quoniā ē: ſed quoniā nõ eſt: ⁊ ideo quod opinabile ē: non ē verū dicere eſſe aliquid.
Dicit Boetius in quarto de conſolatione: qꝺ ſicut hõ mortuus nõ ē hõ: ita homo malus nõ eſt hõ: ⁊ hoc ē ſm ipſū: q2 priuat̃ ſuo fine. Dicendū qꝺ duplex ē finis. ſ. intra vt ē forma que dat eſſe hoī: ⁊ finis extra: vt beatitudo: ⁊ de iſto intelligit Boetius.
Ad ſumendā ꝯtradictionē in modalibus ne/

UVA. BHSC. IyR_108_2

gatio debet addi modo ꝛ non verbo. vnde iſte poſſibile eſt eſſe. ꝛ non poſſibile eſt eſſe contradicunt. ꝛ non iſte poſſibile eſt eſſe. poſſibile eſt non eſſe.
Neceſſe eſſe ꝛ impoſſibile nõ eſſe. ſunt vniuerſales affirmatiue.
Neceſſe non eſſe. impoſſibile eſſe vniuerſales negatiue.
Non neceſſe eſſe. non impoſſibile eſſe. particulares negatiue.
Non neceſſe non eſſe. non impoſſibile non eẽ paticulares affirmatiue.
Poſſibile eſt eſſe. contingens eſt eſſe. particulares affirmatiue.
Non poſſibile eſt non eſſe. non contingens ẽ non eſſe vniuerſales affirmatiue.
Potentia rationalis valet ad oppoſita irrationalis vero actiua ad vnum tantum. ſed potẽtia irrationalis paſſiua valet ad oppoſita.
Non omnis poteſtas eſt oppoſitorum. nec etiã quecunqꝫ ſunt ſub eadẽ ſpecie dicuntur ad oppoſita.
Quedã poteſtates equiuoce ſũt. i. multiplices
Duplex eſt potentia. ſ. cũ actu ꝛ ante actum.
Illa que ſunt in actu ſemper ſunt priora illis q̃ ſunt in potentia.
Entium quedam ſunt in actu ſine poſſibilitate precedente.
Aliqua ſunt in actu cum poteſtate que eſt eorum pars.
Aliqua ſunt ſemper in potentia ꝛ nunquã in actu Aliqua ſunt i actu imperfecto ſine poſſibilitate precedente actum completum.

Ariſtotelis ex lib primo priorum propoſitiones.

Propoſitio eſt oratio alicuius de aliquo vel alicuius ab aliquo.
Propoſitio vniuerſalis ẽ que omni aut nulli ineſſe ſignificat.
Particularis propoſitio q̃ alicui aut nõ alicui: aut non omni ineſſe ſignificat.
Indiffinita propoſitio eſt que ineſſe aut nõ ineſſe ſignificat ſine ſigno vniuerſali vel particulari.
Propoſitio demonſtratiua eſt ſumptio alterius partis contradictionis. propoſitio dyalectica vtriuſqꝫ.
Terminus eſt in quem reſoluitur propoſitio. vt in ſubiectum ꝛ predicatum.

Silogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis ꝛ cõceſſis neceſſe eſt aliquid euenire: per ea que poſita ſunt ꝛ conceſſa.
Silogiſmus perfectus eſt qui nullus indiget p̃ter ea q̃ ſũpta ſũt vt appareat neceſſarius.
Silogiſmus imperfectus eſt qui indiget vnius aut plurium que ſũt neceſſaria p ſũptos terminos. nõ aũt per ſumptas propoſitiones.
Dici de omni eſt quando ſub ſubiecto nihil eſt ſumere de quo non dicatur predicatũ.
Dici de nullo eſt quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto aquo non remoueatur predicatũ
Vniuerſalis negatiua ꝛ particularis affirmatiua conuertuntur ſimpliciter.
Vniuerſalis affirmatiua ꝛ particularis cõuertuntur per accidens.
Quando oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti: conſequentia fit bona.
Quicquid ſequitur ad cõſequens ſequitur ad antecedens.
Contingens dicitur dupliciter. ſcilicet contingens neceſſarium ꝛ cõtingens altũ. qđ conuertitur cũ poſſibili.
De particularibus ꝛ indiffinitis idẽ eſt iudiciũ
Silogiſmus eſt neceſſarius ab exponentibus ad expoſitum
Quãdo vtraqꝫ premiſſarũ fuerit de neceſſario cõcluſio erit de neceſſario
Minori exiſtente de ineſſe: ꝛ maiori de neceſſario. ſeqtur cõcluſio de neceſſario.
Poſſibili poſito ineſſe: nullum ſequitur impoſſibile.
Cõtingẽs dr duobus modis. vno modo vt in pluribus ꝛ nõ ſemp ſed frequẽter. vt caneſcere hominẽ in ſenectute. ꝛ tale ɔtingẽs dicit natum. Alio modo dicitur contingens qđ quãtũ eſt de ſe indifferenter eſt: ſe habẽs ad eſſe ꝛ ad nõ eſſe: ut eſt ambulare: motũ terre fieri: ꝛ tale cõtingẽs dicit infinitũ.
De oi affirmatio vel negatio vera eſt.
Quãdocũqꝫ ex oppoſitio cõſequẽtis infertur oppoſitũ ãtecedẽtis: tũc prima conſequentia fuit bona.
Omnis ſilogiſmus habet tres terminos ꝛ duas propoſitiones.
Vniuerſalẽ cõcluſionẽ facilius ẽ deſtruere q̃ conſtruere.
Vniuerſale ſumendũ eſt ſimpliciter ꝛ non determinato tempore.



UVA. BHSC. IyR_108_2

Frequenter mentiri conuenit eo ꝙ non bene exponūtur termini ſecundū ꝓpoſitionem.
Non oportet ſemꝑ terminos querere nomine exponi. quia ſepe erunt termini quibus propoſitum non eſt nomen.
In omnibus predicatis ad extremū maius reduplicatio eſt ponenda.
Bonum quoniam bonū predicare de iuſticia falſum eſt ⁊ non intelligibile.
Vt facilior ſit terminorū expoſitio oportet accipere nomina que valeant pro nominibus ⁊ orationes pro orationibus.
Non oportet arbitrari propter expoſitionē aliquid accidere incōueniens.
Exempla ponimus: non quod ita ſit. ſed vt ſentiant adiſcentes.
Non idē ſignificat: eſſe nō albū. ⁊ nō eſſe albū

Secundi priorum.

Ex falſis bene ſequitur verū. ſed ex veris nunꝙ̄ ſequitur falſū: ſed ſemper verū. nō ex falſo verū: ex vero nihil niſi verū
Ad idem affirmatū vel negatū. nō ſequit̄ idē
Petere quod eſt in principio: eſt quādo nō demonſtrat ꝓpoſitū quod ſit quattuor modis. primo quādo non demonſtrat omnino propoſitū. ſcd̄o qn̄ demōſtrat ꝑ ignotiora. tertio quando demonſtrat per ea que equaliter ſūt ignota. quarto qn̄ demōſtrat ꝑus ꝑ poſteri⁹
Si cōcluſio eſt falſa: oportet aliquā premiſſarū eſſe falſam.
Elenchus eſt ſylogiſmus contradictionis.
Cōtingit ſcire ī vniuerſali ignorādo ī ꝑticulari
Nullum ſenſibiliū cum extra ſenſum ſit ſcimus
Scire tripliciter dicitur ſimiliter decipi.
Nihil ꝓhibet ſcire ⁊ decipi circa idem.
Quando extrema conuertuntur: neceſſe ē mediū conuerti ad vtrūꝗ̄.
Magis eligendū magis fugiendo opponitur. ⁊ minus minori.
Magis eligendū eſt bene agere: ꝙ̄ agere. vn̄ magis eligenda eſt voluntas ſine actione: quā actio ſine bona voluntate.
Dilectio magis eligēda eſt ꝙ̄ coit⁹. q2 dilectio ſit ſecundū bonā volūtatē: ⁊ coitus ſm̄ actū corporalem.
Omnis concupiſcentia ⁊ artes ſiūt ꝓpter hoc quod optimū eſt. i. ꝓpter finem.
Omne quod eſt ſine colera longeuum eſt.
Exemplum eſt quando medio extremū ineſſe oſtenditur per id quod eſt ſimile tertio.
Inductio eſt quando ex omnibus indiuiduis extremū oſtenditur. ineſſe medio.
Inſtantia eſt ꝓpoſitio cōtraria ꝓpoſitioni.
Entimema ꝯſtat ex ycotibus ⁊ ſignis. ycos eſt propoſitio ꝓbabilis.
Probabile eſt quod ſcit̄ eſſe factū: vt ī plurib⁹
Vnde ycos eſt ꝓpoſitio: quādo ſcit̄ eſſe facta vt in plurib⁹ vt odire odiētes amare amātes
Silogiſmus eſt neceſſarius: vel probabilis: vel demonſtrabilis.
Per ſigna corporis nobis nota. ſillogizamus diſpoſitiones anime nobis ignotas vt oſtendere parientē eo ꝙ lac habeat.
Prodigiū dicunt eſſe quod ſcire facit.
Naturas rerū cognoſcere eſt poſſibile.

Ariſtotelis regule hic ſunt poſite ⁊ verba. Ex ſuis duobus libris poſteriorum cum eius ſententia ⁊ doctrina.

Et primo ex libro primo.

Omnis doctrina ⁊ oīs diſciplina intellectiua. ex preexiſtenti ſit cognitione.
Tam ſilogiſmus ꝙ̄ inductio per prius notam faciunt doctrinam habere.
Exemplum eſt inductio. i. icompleta. entimema vero ſilogiſmus dicitur. i. perfectus.
Aliq̄ neceſſaria ſūt precognoſcere dupliciter. ſ. quia ſunt ⁊ quid dicitur per nomen.
Et ē quid ſit nominis ⁊ quid rei.
De dignitate oportet precognoſcere q2 eſt. ſ. vera. De paſſione quid dicitur per nomen.
De ſubiecto autem vtrūꝗ̄ ꝑcognoſcere oportꝫ vnde hic habem⁹ ꝙ due ſunt ꝑcognitiones ⁊ tria precognita: que ſunt ſubiectū: paſſio: ⁊ dignitas: Item habemus ꝙ in qualibet ſcientia oportet preſupponere ſubiectū eſſe ⁊ quid ſignificat ipſum. ſed de paſſione nō oportet ꝑſupponere eſſe. ſꝫ tm̄ qd ſignificet.
Omne de quo contingit aut affirmare: aut negare: verū eſt quia eſt.
Maior prius concluſione cognoſcitur ⁊ tempore ⁊ natura minor vero. ſimul cognoſcitur tempore. natura vero prius: concluſio vero per ſe ⁊ non per aliquod mediū cognoſcitur eſſe ſub vniuerſali in maiori.
Quod aliquis addiſcit hoc ipſum ſcit: qḋ autē non ⁊ neſcit ipſum. Neſcit eni ipſum in forma ꝓpria. i. actu: bn̄ ſcit ipſū potētiali virtute
Qui ſcit triangulum habere tres equales duo

UVA. BHSC. IyR_108_2

bus rectis: hoc ſcit qui ꝺ ſm qd: non autem ſimpliciter: ⁊ ſic habemus ꝙ eſt duplex ſcire. ſ. ſm quid ⁊ ſimpliciter.

Scire opinamur vnũquodqꝫ ſimpliciter ⁊ nõ ſophiſtico modo: qꝺ ē ſm accidens: cuꝫ cauſam arbitramur cognoſcere ꝓpter quã res eſt: ⁊ quoniã illius cauſa ē: ⁊ non contingit ſe aliter habere.

Sapiẽtes ⁊ inſipientes opinant̃ ſe ſcire: illi quidem opinantur ⁊ ſciunt ⁊ cauſam habent: iſti vero minime.

Cuius ſimpliciter ē ſcire: hoc impoſſibile ē ſe aliter habere.

Scire eſt per demonſtrationẽ intelligere.

Demonſtratio ē ſilogiſmus apoditicon. i. faciens ſcire: quoniã in habendo demonſtrationem ſcimus.

Neceſſe ē demonſtratiuã ſcientiã eſſe ex veris ⁊ primis: ⁊ imediatis: ⁊ prioribus: ⁊ notioribꝰ: cauſiſqꝫ ꝯcluſionis vbi includit̃ ꝓpriũ

Qꝺ non ē non cõtingit ſcire: ex quo habemꝰ ꝙ de nõ ente non habemus ſcientiã.

Scientia ē illoꝝ quoꝝ eſt demonſtratio ⁊ non ē ſm accidens habere demonſtrationem.

Duplicia ſunt priora ⁊ notiora: aliqua notiora ⁊ priora quo ad nos: vt illa que ſunt proxima ſenſui: ſed priora ⁊ notiora ſimpliciter ⁊ ſm naturã ſunt q̃ remotiora ſũt a ſenſu

Tũc ſcimus cũ cauſas cognoſcimus: ⁊ priores ſi vere cauſe ſunt ⁊ notiores: ⁊ nõ ſolũ altero modo intelligẽdo: ſed ſciendo quoniã ſunt

Remotiora a ſenſu ſunt maxime vniuerſalia: proxima ſenſui ſunt maxime particularia.

Ex primis aũt ē: qꝺ ex principijs proprijs ē.

Idem dicit̃ primũ ⁊ principiũ: ideo ꝙ eſt ex primis eſt ex principijs.

Principiũ demõſtrationis ē ꝓpoſitio imediata: ideſt imediatione cauſe ⁊ nõ ſubiecti.

Propoſitio imediata ē qua nõ ē altera prior.

Propoſitio ē altera pars enunciationis vnũ de vno ſignificans.

Dyaletica ꝓpoſitio ē accipiens quãlibet partem cõtradictionis indifferenter.

Demonſtratiua ē alterã partem determinans ſcilicet veram.

Enunciatio eſt oratio quãlibet partẽ cõtradictionis accipiens. ſ. diſiunctiue.

Contradictio eſt oppoſitio cuius ſecundum ſe non eſt medium ideſt aliqua ſpecies eiuſdeꝫ generis non mediat.

Pars cõtradictionis que ſignificat aliquid eẽ de aliquo eſt affirmatio. q̃ aũt ſignificat aliquid ab aliquo eſt negatio.

Poſitionẽ nõ cõtingit demonſtrare nec neceſſe ē ipſã quẽlibet habere addiſcẽtẽ ſed dignitatẽ oportet quẽlibet habere ad docendũ

Diffinitio eſt poſitio quedã: ſed non ſuppoſitio

Suppoſitio dicit aliquid eſſe vel nõ eſſe: ſed diffinitio nõ dicit eſſe vel non eſſe.

Non eſt idẽ. vnitas ⁊ eſſe vnitatẽ.

Non ſoluꝫ neceſſe eſt precognoſcere prima principia aut omnia aut quedam. aut concluſionem. ſed magis principia qꝛ propter vnumquodqꝫ tale ⁊ illud magis: vel vt propter qꝺ amamus: illud magis eſt amatum: ſed omnia poſteriora ſcimus ⁊ credimus ꝑ p̃ma. ergo illa magis ſcimus.

Neceſſariũ eſt magis credere principijs q̃ꝫ cõcluſioni.

Principiis nihil eſt notius in veritate. ⁊ eorum oppoſitis nihil eſt notius in falſitate.

Non oẽ quod ſcitur per demõſtrationẽ ſcitur.

Principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus.

Non contingit aliquid demonſtrare circulariter. niſi in terminis cõuertibilibus ⁊ ꝓpriis

Facile ē demonſtrare omnia dicendo hoc eſt hoc: ſed hoc eſt ſolum in terminis conuertibilibus.

Impoſſibile eſt eadẽ eſſe priora ⁊ notiora ſibi ipſis eodẽ modo.

Scire aut demonſtratio eſt duplex. ſ. ſimpliciter ⁊ ſm quid

Ex duabus primis ꝓpoſitionibꝰ ⁊ tribꝰ terminis cõtingit ſillogizare.

Vno autē poſito ſiue tertio ſiue vna ꝓpoſitione poſita nihil cõtingit ſillogizare.

Demonſtratio circularis eſt ſilogiſmus ex neceſſariis. ⁊ ſolũ fit in p̃mo modo p̃me figure

Scientia demonſtratiua eſt neceſſariorum.

Dici de omni eſt quod non ineſt. in quodam quidem ſic. ⁊ in quodam quidem non neqꝫ qꝺ eſt aliquando ſic. aliquando non ſic. vt animal de omni homine. vnde ad dici de omni requiritur vniuerſalitas ſuppoſitorũ vel ſubſtantiorũ ⁊ temporum.

Per ſe inſunt q̃cũqꝫ ſũt in ratione dicente qd eſt vt triangulo ineſt linea ⁊ punctus linee.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Subſtantia eñi.i.ſubſtantialis eſſentia eoꝝ eſt ex his.i.ex lineis: ⁊ linea ex punctꝭ que inſunt in ratione: dicente quid eſt.

Et per ſe quibuſcūqꝫ eoꝝ que inſunt ipſis: ipſa in ratione dicente quid ē inſunt: vt propria paſſio per ſe ineſt ſubiecto.

Item per ſe que nō dicuntur de quodam alio ſubiecto: vt ſubſtantia.

Quecūqꝫ neutraliter inſūt accidentia ſunt.

Itez per ſe ꝓpter quod ineſt vnicuiqꝫ aliquid tanqꝫ per cauſa: qđ vero non propter ipſū eſt: accidens eſt.

Hic habemus qđ quattuor ſunt modi dicēdi per ſe: quorū primus ⁊ ſecundus tm̄ ingrediuntur demonſtrationem.

Itē habemꝰ qđ per ſe preſupponit de omni.

Simpliciter ſcibilia ſunt per ſe aut ſicut ineſſe predicantibꝰ: aut ſicut ineſſe ꝓpter ipſa que ſunt ex neceſſitate.i.ꝓpoſitiones ſecūdi modi ⁊ quarti ſcibiles.

Vniuerſale ſiue primū dico qđ cū ſunt de oi ⁊ per ſe eſt: ⁊ ſm qđ ipſū ē per ſe: ⁊ ſm ipſuz idē eſt vt pūctꝰ ineſt linee: ⁊ ſm qđ ipſum.

Vniuerſale aūt ē tunc cū quolibet ⁊ primo demonſtraꝛ: vt duos rectos habere: vnde habemꝰ hic: qđ vniuerſale p̄dicatuz cōtinet in ſe dici de oi: ⁊ ꝓ Iſocheles quidem fortaſſe habet tres equales: duobus rectis ſed non primū: ſed triangulus primus.

Primū eſt cui alterū ineſt per ſeipſum: ⁊ non ipſum per alterū: Ex iſtis patet quod ſicut per ſe ſupponit de omni: ſic primū preſupponit ipſum per ſe.

Multotiens accidit in demonſtratione quod vniuerſali videtur demonſtrari: tamen nō demonſtraꝛ: ⁊ circa hoc tribus modis erramus. Primo cuz nihil aliquid ſit accipere ſub aliquo cōmuni cui primo cōpetit vniuerſale: qꝫ hoc cui vniuerſale incōuenienter aſſignatur. Secūdo quando ē accipe ſub aliq̄ cōmuni multa inferiora: ſed tamē illud cōmune inominatū eſt qđ inuenitur in rebus differentibꝰ ſpecie. Tertio quādo illud de quo demonſtraꝛ aliquid vt vniuerſale primū ſe habet ad id quod demonſtratur de eo ſicut totū ad partem.

Vniuerſale poſito ſubiecto ponitur ⁊ remoto remouetur.

Quecūqꝫ per ſe ſunt: ex neceſſitate rebus: hec quidem ſunt in eo quod quid ē.

Qđ ſcitur non poteſt ſe aliter habere.

Que ꝑ ſe ſunt: neceſſario ſunt in rebus.

Omne quod ē: aut ꝑ ſe ē aut ſm accidens.

Accidentia non ſunt neceſſaria.

Neceſſariū ē alterū oppoſitoꝝ ſemꝑ ineſſe.

Ex veris ſemper ſequitur ipſum verum.

Ex veris ⁊ nō demonſtratiue ē ſilogizare: ex neceſſarijs aūt nō ſed demonſtratiue.

Ex neceſſarijs ſilogizare propriū ē demōſtrationis: ergo ex neceſſarijs ē demōſtratio.

Dupliciter datur inſtātia de demonſtratione opinantibꝰ ſe demonſtrare: videlicet: qđ nō ſit ex neceſſarijs: quia aliter contingit eē: vꝉ rationis cauſa.i.diſpoſitionis.

Ex neceſſarijs cōtingit neceſſariū ſilogizare: ſimiliter ex nō veris: ſed ex nō neceſſarijs nō contingit demonſtrare: qꝛ cum mediuz ex neceſſitate ē: ꝯcluſio erit ex neceſſitate.

Medio exiſtente ex neceſſitate: concluſio erit ex neceſſitate.

Demonſtratio eſt eorū que ſunt per ſe: ⁊ non eorū que ſunt per accidens.

Accidens cōtingit non eſſe.ſ.per ſe: ꝓpter qđ ſcire ē per cauſam cognoſcere.

Duplex eſt neceſſitas.ſ.cōſequentis ⁊ cōſequētie: conſequentis vt eſt communis demonſtrationis.conſequentie vt eſt cuiuſlibet ſilogiſmi.

Scire ꝓpter qđ eſt per cauſam ſcire.

Oportet medium propter ſe ipſū ineſſe tertio. ideſt maiori extremitati.⁊ primū medio.ideſt maior extremitas.

Ex neceſſitate ſūt circa vnūquodqꝫ genꝰ q̄cūqꝫ ꝑ ſe ſūt: ⁊ ſm qꝫ vnūquodqꝫ eſt.

Silogiſmꝰ procedens ex accidentibꝰ nō facit ſcire per ſe ſed per cauſā ꝓpter quid nō contingit: vt ſupra.

Nō cōtingit ex aliquo genere in aliud deſcēdētē demonſtrare: vt geometria i ariſmetricā

Tria ſunt neceſſaria in demonſtratione: quoꝝ vnū eſt quod demōſtratur.ſ.concluſio.ideſt paſſio que de aliquo demonſtratur.hoc ē aūt quod ineſt alicui generi per ſe: aliud ē dignitas. Dignitas aūt ſunt ex qbꝰ ē demōſtratio Tertiū eſt ſubiectū cuius paſſiones ⁊ per ſe accidentia oſtendit demonſtratio.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Neceſſe eſt media ⁊ vltima in demone ex eodem genere eſſe.

Quecunqꝫ non ſunt per ſe accidentia erunt.

Si propoſitiones ſunt vniuerſales ex quibus eſt ſilogiſimus neceſſe eſt concluſionem eē perpetuam.

Nec demonſtratio: nec ſcientia corruptibiliuꝫ ſed perpetuorum eſt.

Demonſtratio omnis eſt ex hiis que ſunt vniuerſaliter tā ex parte tēporis q̄ꝫ ſuppoſitorum

Diffinitio. vel eſt principiuꝫ demonſtrationis vel concluſio. vel tota demonſtratio: poſitione differens. i. extra formam ſilogiſmi.

Eorum que ſepe fiunt non vt ſepe fiunt ſed vt ſemper ſunt demonſtrationes ⁊ ſcientie vt defectus lune.

Nulla demonſtratio eſt ex principijs communibus: ſed ex proprijs ⁊ in denonſtrabilibus ⁊ proximis.

Alterum eſt genus ſubiectum ſcientie ſubalternantis a genere ſubiecto ſciētie ſubalternate

Qui ex ſuperioribus cauſis magis ſciuit: ergo illa magis ⁊ maxime erit ſcientia.

Difficile eſt cognoſcere ſi aliquis ſciuit vel nō

Difficile eſt enim noſcere ſi ex vni⁹ cuiuſqꝫ pͥncipijs proprijs ſcimus aut non. quod vere eſt ſcire.

Si ex veris ⁊ primis habemus ſilogiſmum. oppinamur ſcire: ſed hoc non eſt ſufficiens ſed oportet eſſe ex quibus ſcitur. vt ſint proxima primis.

Principium in vnoquoqꝫ genere eſt propoſitio neceſſaria ⁊ in demonſtrabilis. ⁊ ſcientia cuius eſt principium.

Geometria non ſupponit falſa.

Non neceſſe eſt eſſe ſpecies ideas: aut vnum aliquod extra multa. aut demonſtratio ſit in mente ſed tamen vnum de multis vere dicere eſt neceſſe. ſi ſit demonſtratio quis niſi hoc ſcit non erit vniuerſale. ſed ſi vniuerſale nō eſt. nō ē mediū querere nec demōſtratio

Nulla demonſtratio oſtenſiua recipit dignitatem negatiuam niſi ſecundū qd.

Quelibet demonſtratio ducens ad impoſſibile vtitur dignitate affirmatiua quantum ſibi ſufficit.

Omnes ſciētie cōmunicat ſm coia pͥcipia ſꝫ non cōmunia principia ex quib⁹ demōſtrāt

Demonſtrantem non eſt interrogare. propter id quod oppoſitorum eſſe non demonſtrat.

Vnaqueqꝫ ſcientia: habet ſuas proprias interrogationes ⁊ reſponſiones ⁊ diſputationes

Scientie mathematice ſunt alijs certiores ⁊ firmiores quare magis accipiūtur mathematiralia exempla quam aliarum ſcientiarum.

Demonſtrationes non augentur per media. ſed in poſt aſſumendo: ⁊ in latus.

Demonſtratio quia contingit dupliciter: vel quia procedit per effectum. vel per cauſam remotam propter quid per cauſam proximā ⁊ nunqꝫ per effectum.

Planete ex eo ꝙ non ſintillant: non ſunt prope ſed ex eo ꝙ non ſunt prope. non ſintillāt.

Contingit autem magis ⁊ per alterum alteruꝫ demonſtare: ⁊ erit ꝓpter quid demōſtratio.

Sicut negatio eſt cauſa negationis ⁊ affirmatio affirmationis vt non habere pulmonem eſt cauſa non reſpirādi. habere reſpirādi loquendo de cauſa proxima ſed eſſe al. vel nō eſſe al. eſt cauſa remota.

Duplex eſt ſcire. ſ. ſcire quia eſt. ⁊ ſcire propter quid eſt.

In ſcientijs diuerſis ſepe dicet vna ſcientia. ꝓpter qd vt medicina dicit quod vulnera circularia tardius ſanantur q̄ꝫ lōga ſed ꝓpter qd i⁹ dicit geometra.

Sciētes vniuerſale ſepe neſciūt ipſū ſingulare

Figuratū maxīe faciens ſcire eſt prima figura.

Coordinationes predicamentorum non communicant. vnde quod eſt in vna non eſt in alia. ex quo habemus quod ſcientie predicamentorum ſunt in permixte.

Propoſitio vniuerſalis negatiua cuius nullū extremorum eſt in aliquo toto eſt propoſitio immediata.

Ignorātia eſt duplex. ſ. ſecūdū negatiōeꝫ. ⁊ ſꝫ non diſpoſitionem.

Si aliquis ſenſus deficit neceſſe eſt deficere ſcientiam que eſt ſecūdum illū ſenſū. q̄ꝫ etiā impoſſibile eſt accipere ſine ſenſu.

Aut addiſcimus ꝑ demōſtrationē. aut per inductionem.

Demonſtratio eſt ex vniuerſalibus. inductio aūt ex hiis que ſunt ſecūdū partē.

Impoſſibile eſt vniuerſale ſpeculari. niſi per inductionem.

Singularium eſt ſenſus.

Omnis ſilogiſmus eſt: per tres terminos: ⁊

UVA. BHSC. IyR_108_2

duas propoſitiones.

Non contingit ire in infinitum in predicantis nec aſcendendo. nec deſcendendo. vtrobiq; eſt ſtatus.

Finita finities ſumpta non faciunt infinita.

Triplex eſt predicatio accidentalis.ſ.ſubiecti de accidente. accidentis de ſubiecto. accidentis de accidente.

Cum dico album eſt lignum. dico ꝙ cui accidit album eſt lignum.

Que ē comparatio principij ad principiū: eadem principiati ad principiatum.

Impoſſibile ē infinita pertranſiri.

Gaudeant ſpecies ꝛ idee.ſ. platonis: mōſtra enī ſunt ꝛ ſi ſunt niſi ad rationē.i. demonſtrationem proſunt: demonſtrationes enī huiuſmodi non ſunt.

Vnum de vno predicari ē conceſſum.

Nō cōtingit aliqd ſcire niſi p demonſtratiōez.

Demōſtratio vniuerſalis potior eſt particulari

Affirmatiua potior eſt negatiua.

Demonſtratio oſtenſiua tam affirmatiua ꝙ̄ negatiua potior eſt ducente ad impoſſibile.

Potior eſt demōſtratio que eſt de eſſe: ꝙ̄ que eſt de non eſſe.

Prius eſt eſſe ꝙ̄ non eſſe.

Certior ꝛ prior eſt ſcientia que eſt ipſius quia eſt ꝛ propter quid eſt ꝙ̄ ille que eſt alterius horum tantum.

Item certior eſt que non eſt de ſubiecto cōcreto

Hoc eſt ſcientia magis abſtrahit minus abſtracta.

Item certior eſt que ex paucioribus ꝙ̄ que ex appoſitione.

Vnitas eſt ſubſtantia ſine poſitione. ſed punctus eſt ſubſtantia poſitionem habens.

Vna ē ſcientia que eſt vnius generis ſubiecti.

Quecunq; ex primis componuntur. partes ꝛ paſſiones eorum ſunt per ſe.

Altera ſcientia eſt ab altera. quarum non ſunt eadem principia vel nec ex alterutris neque ex eiſdem.

Entis quod eſt a fortuna: non eſt ſcientia per demonſtrationem quia nec ſemper eſt: nec frequenter.

Vniuerſale autem vbiq; eſt ꝛ ſemper.

Senſus eſt ſingulariū. ſcientia vero vniuerſaliū

Vniuerſale intellectu: ſingulare vero ſēſu percipitur.

Vniuerſale non eſt minus ens ꝙ̄ particulare. ſed magis quia ipſum eſt incorporale: particulare vero incorporale ꝛ ex multis.

In iſto libro habemus quod vniuerſalia ſunt eterna ꝛ quod ſpecies rerū ſunt ſempiterne.

Vniuerſale magis eſt cauſa ꝙ̄ particulare: cui enim per ſe ineſt aliquid hoc idem ipſi eſt cā

Cognoſcens vniuerſale cognouit particulare. ꝛ non econuerſo.

Impoſſibile eſt eadem eſſe principia omnium ſilogiſmorum.

Scientia eſt neceſſariorum. opinio vero contingentiū ꝛ aliter ſe habentiū.

Solertia eſt ſubtilitas quedā nō proſpecto tempore medii. ſcilicet inueniendi.

Secundi poſteriorum.

Queſtiones ſūt equales numero his quecunq; vere ſcimus.

Queſtiones ſunt quattuor: qꝛ eſt: pp quid eſt: ſi eſt. ꝛ quid eſt ꝛ iſte reducūtur ad duas.ſ. ad queſtionem ſi eſt medium ꝛ quid eſt medium.

Cauſa ꝛ medium idem ſunt.

Vnius inquantum vnum vna eſt ſcientia.

Diffinitio eſt cognitio ſubſtātie ꝛ ipſius quod quid eſt.

Impoſſibile eſt ſcire quod quid eſt ꝛ ignorare ſi eſt ipſius qd quid eſt. non ē demonſtratio

Per omne genus cauſe cōtingit demōſtrare

Scire opinamur cū cauſam rei ſcimus.

Quattuor ſunt cauſe et cetera.

Vnum ꝛ idem contingit eſſe quod quid ē: et ꝓpter quid ē: vt ſi queratur quidē tonitru? dicitur ꝙ eſt extinctio ignis in nube. ꝛ ſi queratur propter quid tonat. dicitur ꝙ ignis in nube eſt extinctus: vel extinguitur.

Ambulare poſt cenam eſt cauſa ſanitatis: propter nō dimittere cibos in ore ſtomaci.

Medium in demonſtratione ē ratio primi termini.i. maioris extremitatis.

Interpoſitio terre inter ſolem ꝛ lunam. eſt cauſa eclipſis lune.

Cauſa ꝛ effectus debent eſſe proportionata vnde eius quod ē in fieri. cauſa debet eſſe in fieri. quod vero ē in facto eſſe cauſa debet eſſe in facto eſſe.

Sicut ſe habet linea ad punctuz. ſic ſe habet qd

UVA. BHSC. IyR_108_2

fit ad factum eſſe.
Quedam ſunt ſemper. quedam frequenter. vt
non omnis maſculus barbatus ē in maxil/
la ſemꝑ. ſ3 frequenter.
Eorum que frequenter ſunt: medium demon/
ſtrandi debet frequenter eſſe.
Ex ſingularibus oportet vniuerſalia accipere
Equiuocationes magis latent in vniuerſalib⁹
q̄3 in inferioꝛibus.
In methaphoꝛis non eſt diſputare diffinite.
Fluuius magis fluit in fine menſis. quia finis
menſis ē humidioꝛ ⁊ quia tunc magis luna
deficit.
Omnis arboꝛ habens lata folia. folio fluit.
Folio fluere ē ſucum condenſatū habere
Cauſa prioꝛ ē eo cuius ē cauſa.
Omne animal habens coꝛnua caret dentibus
in ſuperioꝛi mandibula.
Ex ſenſu in nobis fit memoꝛia. ex multis me/
moꝛijs experimentum. ab experimento au/
tem vniuerſale accipitur in anima quieſcens
vnū p̄ter multa: qđ ē ꝓncipiū artis ⁊ ſciētie:
Vniuerſale ē vnum in multis: ⁊ vnum pre/
ter multa.
Sētire ē ſingularis: ſed ſenſus ē vniuerſalis.
Principiū habit⁹: non ē ſciētia ſed intellect⁹.
Intellectus ē habitus principioꝛum: ⁊ ſcien/
tia concluſionum.
Principia non cognoſcimus per demonſtra
tionē: ſ3 inductionē via ſenſus ⁊ memoꝛie.
Ariſtotelis ex lib. primo topicoꝛū.
ſ Ilogiſmus dyaletic⁹ ē q ex probabili
bus ē ſilogizatus.
Prima ⁊ vera que non per alia: ſed
per ſeipſa habent fidem.
Vnumquodq3 primoꝛū principioꝛum ē ſibi
ipſi fides.
Probabilia . ūnt que videnẗ omnib⁹ aut plu/
ribus aut ſapientib⁹: ⁊ his vel omnibus vł
pluribus vel maxime notis ⁊ precipuis.
Silogiſmus litigioſus ē ex his que videntur
probabilia: ⁊ non ſunt.
Dyaletica ē vtilis ad tria: ad exercitationē: ad
obuiatōes: ⁊ ad ſm philoſophiā diſciplinas
Dyaletica cū ſit inquiſitiua ad omnia metha/
doꝛum principia viam habet.
Rectoꝛ non ſemꝑ perſuadebit: nec medicus
ſemper ſanabit: ſed ſi ex contingentibus ni
hil omiſerit: ſuff' cit enim diſciplinam habe/
re dicimus ſiue putamus.
Terminus. i. diffinitio eſt oꝛatio quid eſt eſſe
rei ſignificans.
Propꝛiū ē quod non indicat quid eſt eſſe rei
ſoli autem ineſt ⁊ cōuerſim predicatur.
Geuus ē quod de pluribus. ⁊c̄.
Accidens ē qđ deeſt. ⁊c̄. vide in tractatibus.
Ois aqua: omni aque: eadem ē in ſpecie.
Accidens facit vnum numero cum ſuo ſubie/
iecto. Vnde accidentia numerantur nume/
ratione ſuoꝛum ſubiectoꝛū.
Quolibet contrarias opinionibus proferen/
te ſolicitum eſſe: ſtultum ē.
Et melliſus ponit vnum ens tm̄.
Non opoꝛtet omne pꝛoblema aut omne3 pro
poſitionem conſiderare: ſed quā quis rōnis
indigentiū non pene vel ſenſus.
Qui dubitant vtrū opoꝛtet deos vereri: ⁊ pa/
rētes honoꝛari vel nō: indigent pena.
Qui dubitat vtrū ſit alba nix: non indiget ra/
tione ſed ſenſu.
Illud ponet aliqs: qđ a viro probabili dictū ē
Contrarioꝛum eadem ē diſciplina.
Tres ſunt ſpecies ꝓpoſitionū. ſ. ethyce: phyſi
ce: logice.
Quot modis dicitur vnū oppoſitoꝛu3: tot mo
dis dicitur reliquū.
Inter ea que multū conueniūt: artificialis eſt
differentia querenda.
Secundi topicoꝛum.
n Vllū genus predicatur denominati
ue de ſuis ſpeciebus: ſed vniuoce.
In paucioꝛibus via maioꝛ.
Iniuſticiam facere non ineſt deo: quia iniuſti
ciam facere idem ē quod ſponte nocere: deo
non eſt ergo.
Inuidus eſt qui triſtaẗ de proſperitate bonoꝝ
Repꝛenſoꝛ eſt: qui triſtatur de proſperitate
malorum.
Quicquid denominatur a genere denominaẗ
ab aliqua eius ſpecie: non ab oī: ⁊ econtra.
Loquendū ē vt plures: ſapiendū vt paucioꝛes
Animalia ſemper nutriuntur: non tamē ſem/
per augentur.
Scire non ē reminiſci: qꝛ ſcire cōtingit preſen
tia ⁊ futura: reminiſci vero niſi preterita.
Quecūq3 inſunt ſpeciei: inſunt etiā generi.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Homines vt in pluribus ſunt mali: in pau/
cioribus autem boni.
Impoſſibile eſt cōtraria eidē ſimul ineſſe.
Motis nobis monent̄ oīa que ſunt in nobis.
Idem ē ſuſceptibile contrariorum.
Quod iuſte fit ſcienter fit: quod vero iniuſte:
ignoranter.
Plura contingit bene ſcire: ſed non plura in/
telligere.
Quorū generationes ſunt bone: ipſa ſūt bona
ſimiliter de malo ⁊ ecōuerſo i corruptiōibꝰ
Si cui magis videtur ineſſe non ineſt nec cui
minus.
Si cui minus videtur ineſſe ineſt ⁊ cui magis
ſimiliter de quod.
Simpliciter dico qđ nullo addito dico.

Tertij topicorum.

O Mnia bonum appetunt.
Qđ per ſe eſt eligibile ⁊ bonū: ma/
gis ē eligendū ꝙ̄ quod ꝓpter aliud:
⁊ quod per ſe eſt cauſa mali: eſt magis fugiē
dū ꝙ̄ quod per accidens: ⁊ qđ natura bonū
eſt: magis eligendū eſt: ꝙ̄ quod nō natura
bonum eſt.
Quod plures vel omnes eligunt. hoc ē magis
eligendum.
Quod eſt dificilꝰ magis ē eligendū. ꝙ̄ quod
eſt facilius.
Plura bona paucioribꝰ bonis ſunt ꝑeligēda.
Iuſtū nō eſt in genere: ſ; iuſticia eſt in genere
ex quo habemus cōmuniter ꝙ accidēs in cō
creto non eſt per ſe in predicamēto ſed nō lo
quitur hic philoſophus. de genere predicab/
bili ſed moris.
Robur exiſtit in neruis ⁊ oſſibus: ⁊ decor mē
brorum cōmenſuratio quedam eſt.
Finis magis eſt eligendū quā que ſunt ad finē
⁊ beatitudo eſt magis eligēda quā prudētia.
Cuius finis melior eſt: ipſum melius eſt.
Nullus honorat diuitias ꝓpter ſe ſed propter
aliud: ſed amiciciam ſic.
Amicicia melior eſt diuitijs.
Nemo eligit iuuenes iudices aut duces quia
non conſtat eos prudentes eſſe. ſed eligit ad
fortitudinem.
Teperantia magis eſt eligenda in iuuenibꝰ ꝙ̄
in ſenibus quia iuuenes pluſꝙ̄ ſenes concu
piſcentijs moleſtantur.
Si omnes eſſent iuſti. nō vtilis eſſet fortitudo
ſed ſi oēs fortes eſſent adhuc vtilis iuſticia
ē ergo melior iuſticia ꝙ̄ fortitudo.
Id qđ aſſimilatur meliori melius ē.
Si optimū in aliquo genere: melius ē optimo
alterius generis: ipſum ſimpliciter melius
eſt altero: ⁊ econuerſo. vt ſi optimus homo
melior ē equo: ⁊ econuerſo.
Melius ē bene viuere ꝙ̄ viuere.
Melius ē philoſophari ꝙ̄ ditari.
Studere negamꝰ: vt ingenioſi videamur.
Diffinitio eius quod ē ad gloriam: ē qđ nullo
conſciente feſtinat ineſſe.
Tale additū tali: magis facis ipſum tale.
Illud ē albū quod nigro non ē permixtum.
Obliuiſci que quis ſede egit bonorū eſt: remi
niſci vero malorum.

Quarti topicorum.

D E quibus ſpecies predicat̄: oportet
⁊ genus predicari.
Impoſſibile ē aliqd participare ge/
nus: qđ nō participat aliquā ſuarū ſpecierū
Genus de pluribus predicat̄ ſemper ꝙ̄ ſpēs
quia ſi de equalibus predicentur: neutrum
neutrius erit genus vel ſpecies.
Quando vna ſpecies ſub duobus generibus
continetur: alterū ſub altero continetur.
Differētia nūꝙ̄ participat genus ſed ſpecies
⁊ indiuiduum.
Bonum ⁊ malū non ſunt in genere: ſed ſunt
genera aliorum.
Si oppoſitū i oppoſito: ⁊ propoſitū in ꝓpoſito
Donū eſt datio inreddibilis.
Omnis memoria ē in animo.
Nihil ꝓhibet ſcientiā ſuiipſius habere aīam.
Mediū ē in eodem genere cum extremis.
Si quid oīno ex ſpecie permutatum ē: id non
contingit amplius permanere idem: ex quo
habetur ꝙ deſtructa ſpecie īpoſſibile eſt in/
diuiduū generis idem numero permanere
Pars nullo modo predicat̄ de ſuo toto.
Nemo dicit̄ eſſe talis: eo ꝙ poſſit eſſe talis: vl'
ꝙ poſſit facere tale: pōt eni diues ⁊ ſtudio/
ſus praua agere: ſed tñ nō ſunt huiuſmodi.
Praui dicuntur omnes ſm appetitum.
Vinū non ē aqua putrefacta in vite. quod ta/
men voluit empedocles.
Non omne quod non ē fit: ſed tamen nō ens
non eſt genus eius quod fit: non enim ſunt
non entis ſpecies.

UVA. BHSC. IyR_108_2

## Quinti topicocorum.

ſ Si aliquid dicitur eſſe proprium alterius ⁊ non ſeparat ipſum ab omni alio non bene aſſignatum eſt eſſe propriū

Gratia diſcendi proprium aſſignatur. vnde proprium ſemper debet aſſignari ꝑ notiora

Sentire dicitur dupliciter.ſ.habere ſenſum ⁊ vti ſenſu. Similiter de ſcire.

Obſcurum eſt quod multipliciter dicitur.

Conturbat audientem qđ frequenter dicitur.

Incertum ⁊ frequenter dicere contingit dupliciter.ſ. vel frequenter nominādo idē vel ponendo diffinitiones pro nominibus.

Oppoſita ſimul ſunt natura.

Omne ſenſibile extra ſenſum factum incertū eſt quia dubium eſt vtrum ſit vel non quando recedit a ſenſu.

Ignotum eſt cum occiderit ſol ſi adhuc feratur ſuper terram eo quod nos tunc amiſimus ſenſum.

Iiſdem in quantuꝫ eadem. eadem inſunt. vel non inſunt.

Ei qui omnino inſtat omnino aduerſandū eſt

Quod per ſuperabundantia dicitur. vniꝫ ſoli conuenit.

Tres ſunt ſpecies ignis.ſ.lux.flamma: carbo ⁊ hoc verum eſt.

Si ſimpliciter ad ſimpliciter: magis ad magis: maxime ad maxime: ⁊ econuerſo.

Impoſſibile eſt idem plurium proprium eſſe.

## Sexti topicorum.

g Genus maxime eorum que ſunt indiffinitione videtur diffiniti ſubſtantiam ſignificare.

Facilius eſt quēlibet feciſſe: quam bene feciſſe

Oportet diffinientem planiſſima interpretatione vti. eo quod cauſa innoteſcēdi reddit diffinitio. vnde diffinitio non debet eſſe obſcura: nec aliquid ſuperfluū continere.

Ductio ⁊ cōmenſuratio ſunt equiuoca. ex quo accipitur cōmuniter. ꝙ omne nomen variabile natum ē omnino equiuocum: quia non ſolum ſignificat agentis actionem ſed rei paſſe paſſionem: ⁊ ipſam rem paſſam.

Equiuocorum non eſt diffinitio vnde ſoliꝰ ſpeciei eſt diffinitio.

Omne inconſuetum eſt obſcurum.

Omnes transferentes ſecūdū ſimilitudineꝫ aliquam transferunt.

Imago ē cuius generatio eſt per ſimilitudinē

Qui bene diffinit: contraria conſignificat.

Illud eſt ſuperfluū in diffinitione quo oblato ipſum quod remanet manifeſtat qđ diffinit

Flegma eſt humidum primum a cibo idigeſtū

Si vniuerſali dicto addatur ⁊ particulare ⁊ ecōtra eſt ſuperfluum.

Diffinitio debet dari per priora ⁊ notiora. qꝛ omnis doctrina ⁊ omnis diſciplina ex prioribus ⁊ notioribus.

Vnius ⁊ eiuſdem rei non poſſunt eſſe plures diffinitiones ſed vna tantum.

Omnis bona diffinitio debet cōſtare ex genere ⁊ differentia: ſeu differentiis.

Simpliciter notum non eſt. quod ab omnibus notum eſt ſed intellectu diſpoſitis.

Oppoſitorum eadem eſt diſciplina. ⁊ ſunt ſimul natura.

Impoſſibile eſt vnum oppoſitorum cognoſci ſine altero.

Dies eſt latio ſolis ſuper terram. ergo qui die vtitur ſole vtitur.

Grammatica eſt ſcientia recte loquendi: recteqꝫ intelligendi. ⁊ id quod profertur recte accentuandi.

In diffinitione alicuius rei debet poni genus propinquum ⁊ non remotum quia in genere propinquo fit diffinitio.

Omnis ſpecifica differentia cum genere: facit ſpeciem.

Genus per ſe non predicatur de differentia.

Omnis paſſio magis facta abicit a ſubſtantia ſed differentia ſaluat id cuius eſt differentia. ergo differentia non eſt paſſio.

In diffinitione proprie paſſionis: poni debet ſubiectum.

Magis amans non magis: concupiſcit coitū.

Omnis diffinitio data per coniunctionem diſiunctiuam vel negatiuam vituperanda ē.

Finis in vno quoqꝫ genere eſt optimuꝫ. ⁊ gratia cuius ſiunt alia.

Omnes honorem appetūt.

Qui ſcientia diffinit quodammodo ⁊ ignorantiam diffinit.

Impoſſibile eſt incorporeū: corpori imiſceri.

Non ſolum qui clam ſumit. ſed qui vult clam ſumere latro eſt.

## Septimi topicorum.

UVA. BHSC. IyR_108_2

Quecunqȝ ſunt ſimpliciter eadē eoꝝ
q generatiōes ⁊ corruptiōes ſunt eedē.

Oportet id quod maxime ⁊ oprie dicitur vnū numero eſſe.

Que ambo non ſunt eadem. ſibi inuicem non ſunt eadem.

Facilius eſt deſtruere ꝙ̄ conſtruere. ⁊ corrūpere ꝙ̄ facere.

Inter oia ꝑdicata difficilimū eſt cōſtruere diffinitionē accidens vero conſtruere facile eſt

Veriſimile eſt in multis magis fieri peccatum quā in paucis.

Octaui topicorum.

Una diſciplina melior eſt altera: vel qꝛ certior. vel quia de meliori ſubiecto.

Maiori bono maius malum opponitur.

Dialetica propoſitio eſt contra quam in pluribus ſe habentem non eſt dare inſtantia.

Silogizanti non eſt vtendum ſilogiſmo per impoſſibile.

Qui ex probabilioribus ꝙ̄ ſit concluſio ſilogizare conantur palam patet quod non bene ſilogizant.

Conceſſum reſpondenti. non intelligenti quoniam non intelligo.

Ille vero ſoluit orationem falſam. qui eam interimit. ⁊ propter quid falſa ſit oſtēdit. nec ſufficit inſtantiam dare.

Nihil prohibet quedam falſa eſſe probabiliora quibuſdam veris.

Prauus ſocius eſt qui impedit cōmune opus

Qui litigatorie interrogat male diſputat.

Nihil prohibet orationem per ſe eſſe vituperabileȝ ⁊ ad problema probabilem. ⁊ ecōtra.

Peccatum eſt aliquid oſtendi per longiora: qd̄ ineſt per minora. vnde expreſſe habetur qd̄ peccatum eſt fieri per plura. quod poteſt fieri per pauciora.

Hoc ē bonum habere ingenium ſecundum veritatē: poſſe eligere bonū ⁊ fugere falſū.

Qui bene nati ſunt bene facere poſſunt.

Qui amant bonum ⁊ odiunt maluȝ de facili diſcunt optimum quod profertur.

Ariſtotelis propoſitiones ex libris elencorum ⁊ primo ex primo.

Imperiti velut longe diſtantes ſpe
i culantur.

Non contingit res ipſas nobiſcum ferentes diſputare ſed in diſputatione nominibus pro rebus vtimur.

Nomina ſunt finita. res vero infinite ideo neceſſe eſt vnum nomen plura ſignificare

Qui virtutis nominum ſunt ignari. de facili paralogizantur. id eſt decipiuntur.

Quibuſdaȝ magis eſt opere precium videri ſapientes ⁊ non eſſe. ꝙ̄ eſſe ⁊ non videri.

Sophiſtica eſt apparens ſcientia. ⁊ nō exiſtēs

Sophiſta copioſus eſt ab apparente ſapientia ⁊ non exiſtente.

Duo ſunt opera ſapientis. quorum vnum eſt non mentiri de quibus nouit. alterum vero mentientem manifeſtare poſſe.

Oportet diſcentem magiſtro credere.

Elenchus eſt contradictio vnius ⁊ eiuſdem ſecundum idē ⁊ ad idem ⁊ ſimiliter ⁊ eodē tp̄e

Ex nihilo nihil fit.

Eadem eſt diffinitio vnius ſolius rei. ⁊ rei ſimpliciter: vt hominis ⁊ vnius hominis.

Communia ⁊ generalia ſunt quibus ſcitis neſcitur tamen ars ⁊ ipſis ignoratis: neceſſe ē artem ignorare.

Omnes artes vtuntur quibuſdā cōmunibus.

Omnes etiaȝ idiote arguunt quia ſine arte participant id de quo artificialiter eſt dyalectica. vñ duplex ē logica. ſ. artificialis. ⁊ naturalis

Difficile eſt ſimul multa conſpicere.

Homines irati ⁊ turbati minus conſiderare poſſunt orationes.

Appoſitis iuxta ſe cōtrariis. maiora ⁊ minora meliora ⁊ peiora videntur ſiue dupliciter qꝛ oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

Secundi elencorum.

Quod ſcim⁹ ſepe trāpoſitū ignoram⁹
q Ad interrogationes plures non eſt danda vna reſponſio. ſed plures.

Recta ſolutio aut fit per diſtinctionem multitudinis. aut per interpoſitionem falſi.

Contraria arguere non eſt ſoluere.

Omniū orationū que ſunt ꝑpter idē eadeȝ eſt ſolutio.

Nihil dat quod non habet.

Hoc horum dicitur multipliciter. ſ. velut aliquoꝝ poſſeſſio vel vt ps multitudinis alicui⁹

Diuitie ⁊ ſanitas bone ſunt ſapienti: ⁊ non recte vtenti non ſunt bone.

In nō facere eſt intelligere facere ⁊ omnino in

UVA. BHSC. IyR_108_2

negatione intelligitur affirmatio.
Naſus curuus dicitur ſimus. ſed pes curuꝰ dicitur rynchus.
Principium maximū ⁊ difficillimū omniū ē.
Principium quantitate minimum eſt. poteſtate vero optimum.
Difficilimū eſt principium alicuius artis inuenire. ſed ipſo inuento facile eſt addere ⁊ augere reliquum.

Auctoritates aureę ⁊ propoſitiones diuine q̃ꝫ plurimorū philoſophorum bene emēdate finiunt.
Venetijs.

Laus Deo.

Regiſtrum.

a.b.c.d.e.
Omnes ſunt quaterni: excepto vltimo qui eſt quinternus.

UVA. BHSC. IyR_108_2

UVA. BHSC. IyR_108_2